

PRIVILEGIA
SELECTIORA
MILITIAE SANCTI IVLIANI
de Pereiro(hodie de Alcantara) Cisterciē-
sis Ordinis, à Summis Pontificibus
hactenus concessa.

OPERA DOCTORIS FR. IOANNIS
Calderon de Robles, eiusdem familiæ
humilis Alumni, & Regij
Capellani.




MATRITI,

Ex Officina DIDACI DIAZ A CARRERA,
Typographum Regni, Ann.
M. DC. LXII.

P R I V A T E G I A
S E L E C T O R A
M I L I T I A E S A N C T I I V A L I A N I
d e P e r e i o (p o d i e d e s A l c u n t a) C i f f o r d e s
y s Q u i d u s , y s S u m m i P o d i g c i p a s
P a g o u r s c o n c e l l y

O P E R A D O C T O R I S H E R T O A N N I S
C a d e r o n d e R o p e s , c i a d e s t e s m i l i e
P a m i s A l c u n t a & R e d u
C s b e l l e t t i



M A T R I U
E x O f f i c i o D I D E C I D I A S I C A R R E T A
T y p o g r a p h i u m R e d u , A m
M D C L X I I I

NOS Don Petrus Testay I. V. D. Prothonotarius Apostolicus, Catholicæ Maiestatis Honoris Capellanus, atque Ecclesiæ Agrigentinæ in Regno Sicilia Decanus, Universis, & singulis Christi Fidelibus, ubique terrarum constitutis, præsentes litteras inspecturis, lecturis pariter, & audituris, Salutem in Domino sempiternam. Vidimus, legimus, & diligenter inspeximus quasdam S.D.N.D. Alexandri Papæ Tertij, aliorumque Summorum Romanorum Pontificum litteras, tam sub plumbo, quam in forma Brevis Ordini, & Militiæ de Alcántara concessas, more Romanæ Curia expeditas, fanas quidem, & integras non vitiatas, nec cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspicione carentes, propt in earum prima facie apparebat, per Fratrem D. D. Petrum Rocho de Campofrio eiusdem Militiæ Militem, & Procuratorem Fiscalem præsentatas, quarum tenor sequitur, & talis est, videlicet.

ALEXANDER III.

- 1 **M**ilites veri Religiosi.
- 2 **M** Recipit sub protectione Sedis Apostolice Domum Sancti Juliani de Pereiro.
- 3 Omnes possessiones, & bona, tam præsentia, quam futura, illis statuit illibata permanere, à nulloque prohibet perturbari.
- 4 Eximit à decimis novalium proprijs manibus excultorum, & nutrimentorum animalium.
- 5 Permittit tam Clericos, quam laicos liberos, in Religione recipi.
- 6 Professos prohibet à Religiōne discedere sine licentia Prioris: discedēlū tem verò à nullo retineri, nisi arctioris Vitæ intuitu.
- 7 Sepulturam Ecclesiæ omnibus in illa sepeliri volentibus, vult liberam esse sine praēiudicio Parochiæ.
- 8 Electio Prioris ad Conventum pertinet.
- 9 Contravenientes multat.

ALEXANDER EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Gometio Priori Sancti Juliani de Pereiro, eiusque Fratribus, tam præsentibus, quam futuris, Religiosam Vitam professis. Quotiens illud a Nobis petitur, quod Religioni, & honestati convenire dignoscitur,

Concordat.
Num. I.
Lutius III
fol. 5.

Num. 2.
Lutius III

animo Nos decet libenti concedere, & petentium desiderijs congrū impertiri suffragiū. (2) Èapropter dilecti in Dño filij , vestris iustis postulationibus clementer annuimus , & præfatam domum S. Iuliani , in qua divino estis obsequio mancipati , sub Beati Petri , & nostra protectione suscipimus , & præsentis scripti privilegio cōmunicimus . (3) Statuētes , vt quascumq; possessiones , quæcumq; bona eadem Domus Sancti Iuliani , impræsentiarū , iuste , & canonice possidet , aut in futurum , concessione Pontificum , largitione Regum , vel Principum , oblatione Fidelium , seu alijs iustis modis , præstante Domino , poterit adipisci , firma vobis , vestrisque successoribus , & illibata permaneant : In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis , locum ipsum , in quo præfata domus sita est , cum Ecclesia , & omnibus pertinentijs suis , cum terris , vi- neis , silvis , pratis , pascuis , aquis , aquarū decursibus , & molendinis .

Num. 4.
Lutius III

(4) Sanè novaliū vestrorū , quæ proprijs manibus , aut sumptibus , colitis , sive de nutrimentis vestrorum animalium , nullus à vobis decimas præsumat exigere . (5) Liceatq; vobis Clericos , vel laicos liberos , & absolutos à sœculo fugientes , ad conversionem vestram recipere , & eos , absque ullius contradictione , in vestro Collegio re- tinere . (6) Prohibemus insuper , vt nulli post factam in eodē loco professionem , sine licētia Prioris sui fas sit de eodem loco discede- re ; discedentem verò , absque communium litterarum cautione , nullus audeat retinere , nisi ad arctiorem vitam voluerit transmi- grare . (7) Sepulturam quoque ipsius loci liberā esse decernimus ; vt eorum devotioni , & extremæ voluntati , qui se illic sepeliri de- liberaverint , nisi fortè excommunicati , vel interdicti sint , nullus obstat ; salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum , à quibus mor- tuorum corpora assumuntur . (8) Obeunte verò te , nunc eiusdem loci Priore , vel tuorum quolibet successorum , nullus ibi qualibet subreptionis , astutia , seu violentia præponatur , nisi quem fratres communi consensu , vel fratrum pars consilij sanioris , secundū Dei timorem providerit eligendum . (9) Decernimus ergo , vt nulli omnino hominum liceat , præfatam domum Sancti Iuliani teme- rē perturbare , aut eius possessiones auferre , vel ablata retinere , mi- nuere , seu quibuslibet vexationibus fatigare ; sed illibata omnia , & integra cōserventur , eorum pro quorū gubernatione , & suste- tatione concessa sunt , vībus omnimodis pro futura , salva Sedis Apostolicæ auctoritate , & Diœcesanorū canonica iustitia . Si qua igitur in futurum Ecclesiastica , sœularisvè persona , hanc nostræ Constitutionis paginam , sciens contra eam temerè venire tenta- verit , secundò , tertiovè commonita , nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit , potestatis , honorisque sui dignita-

Num. 5.
Lutius III

Num. 6.
Lutius III

Num. 7.
Lutius III

Num. 8.
Lutius III

Num. 9.
Lutius III

te careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata ini-
quitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei, &
Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in ex-
tremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem
loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, qua-
tenus & hic fructum bonæ actionis percipient, & apud districtum
iudicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen, Amen.

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Manfredus Prænestinus Episcopus.

Ego Ioannes Sanctorum Ioannis & Pauli Presbyter Cardinalis,
tituli Pamachij.

Ego Albertus Presbyter Cardinalis, tituli S. Laurentij in Lucina.

Ego Balo Presbyter Cardinalis sanctæ Prudent. tituli S. Pastoris.

Ego Theodinus Presbyter Cardinalis S. Vitalis, tituli S. Vestinæ.

Ego Petrus Presbyter Cardinalis, tituli sanctæ Susannæ.

Ego Iacobus Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ in Cosmedin.

Ego Cintius Diaconus Cardinalis sancti Adriani.

Ego Hugo Diaconus Cardinalis sancti Eustachij, iuxta Templum
Agrippæ.

Ego Laborans Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ in Porticu.

¶ Datis Beneventi per manum Gratiani Sanctæ Romanæ
Ecclesiæ Subdiaconi, & Notarij, iv. Kalendas Ianuarij, Indictione
x. Incarnationis Dominicæ anno M.C.LXXVII. Pontificatus ve-
rò domini Alexandri Papæ III. anno octavo decimo.

An. 177

LVTIVS III.

- M**ilites, veri Religiosi, & eorum institutus, verè Religio.
2 Locum de Pereiro, in ius, & proprietatem Ecclesie Romanae reci-
pit, instantia plurimorum Archiepiscoporum, & Episcoporum.
3 Praeter Roman. Pontificem, nullus potest locum ipsum interdicere, nec fra-
tres excommunicare.
4 Præcipit, Monasticum Ordinem secundum Regulam Divi Benedicti
perpetuo ibidem observari.
5 Omnes possessiones, omnia bona, quæ iuste possidebant, & in futurum pos-
siderent, illis confirmat.
6 Accimis novalium, que proprijs manibus, aut sumptibus colerent, & ani-
maliū nutrimentorum, liberos facit.
7 Clericos, vel laicos liberos, ad Religionem admittere, & retinere posse,
concedit.

- 8 Prohibet, fratrem professum sine licentia Magistri Ordinem deferere, nec alibi posse recipi.
- 9 Concedit, posse recipi à quocumque Catholico Antistite Chrisma, Oleum Sanctum, Consecrationes Altarium, & Ordines.
- 10 Sepulturam dandi, volentibus in Ecclesia sepeliri facultatem præbet.
- 11 Magistri electio ad Conventum pertineat, secundum Regulam Sancti Benedicti.
- 12 Contravenientes punit.

Concordat.
Num. 1.
Innoc. III.
fol. 8.



V T I V S Episcopus, Servus servorum Dei, (1) Dilectis filijs Gometio Magistro, & Fratribus Sancti Iuliani de Pereiro, tām præsentibus, quām futuris, Religiosam vitam professis, Lutius PP. III. Cum Iocuſ vester, in Saracenorū fauibus constitutus, sicut ex litteris Episcoporum, & aliorū Religiosoſrū Nobis innotuit, nulli Pontifici hacenſus fuerit Diocesana lege ſubiectus, dignum eſt, & rationi conveniens, vt quantò recentius in eo eſt Religio, Domino favente plantata, tantò maiori libertate donetur, vt eo liberiū, & libentius defenſioni Christianitatis pro viribus, & alijs diuinis obsequijs, infudetis, quanto à Romana Ecclesia faciliū in iustis petitionibus fueritis exauditi. (2) Eā prop ter, dilecti in Domino filij, venerabiliū fratrem noſtrorum P. Cō- postellañ. & B. Brachareñ. Archiepiscoporum, B. Lamecens. P. Ci- vitateñ. V. Salmantineñ. I. Vifeñ. & A. Cauiens. Episcoporum, precibus inclinati, veſtris iustis poſtulationibus clementer annui- mus, & locum veſtrum, in quo divino emancipati eſtis obsequio, in ius, & proprietatē B. Petri, & Ecclesiæ Rom. recipimus; & præ- ſentis ſcripti privilegio cōmunimus. (3) Statuentes, vt præter Ro- manū Pontificem nullus locum ipsum interdicto ſupponat, vel in fratres in eo commorantes excommunicationis, vel suspensionis ſententiā ferre præsumat. (4) Adhæc auctoritate Apostolica con- ſtituimus, vt Ordo Monasticus, qui ſacundūm Deum, & Beati Be- nedicti Regulam, in eo loco institutuſeſſe dignofcitur, perpetuis ibidem tēporibus inviolabiliter obſervetur. (5) Præterea quascū- que poſſeſſiones, quæcumque bona, idem locus in præſentiarū iuste, & canonice poſſidet, aut in futurum confeſſione Pontifi- cum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu alijs iustis modis, præſtāte Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtrisque ſucceſſoribus illibata permaneant. In quibus hæc pro- prijs duxiſmus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo do- minus ipſa ſita eſt, cum Ecclesia, & omnibus pertinentijs ſuis, cum terris, vineis, silvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarūm vē decurſibus,

Num. 2.
Innoc. III.

Num. 3.
Honor. III
fol. 11.

Num. 4.
Innoc. III.

Num. 5.
Innoc. III.

& molendinis. Radicatam cum pertinentijs, & vniversis finibus suis. Villar de Turpino cum omnibus pertinentijs, & finibus suis. Ferrariam cum omnibus pertinentijs, & finibus suis. Colmenar cum omnibus pertinentijs, & finibus suis. Almēdram siccām cum piscaria, pascuis, pertinentijs, & omnibus finibus suis. Granjam in Aldea de Fontesicco, cum vineis, agris, pascuis, & vniversis pertinentijs suis (6) Sanè novalium vestrorum, quæ proprijs manibus, aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat. (7) Liceat quoque vobis, Clericos, & laicos à sœculo fugientes, liberos, & absolutos, ad conversationem recipere, & eos in Domo vestra, absque alicuius contradictione retinere. (8) Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum fas sit, post factā in eo loco professio- nem, nisi arctioris Religionis obtentū, absque licentia Magistri sui, de eadem discedere: discedentem verò, absque communium litterarū cautione, nullus audeat retinere. (9) Chrisma verò, Oleū sanctum, Consecrationes Altarium, seu Basilicarum, Ordinationes Clericorum, seu Monachorū, qui ad sacros Ordines fuerint pro- movendi; à quocumque malueritis Catholico suscipiatis Episco- po. (10) Sepulturam præterea ipsius loci liberā esse decernimus; vt eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri de- liberaverint, nisi forte excommunicati, vel interdicti sint, nullus obstat; salva tamen iustitia earum Ecclesiarū, à quibus mortuorū corpora assumuntur. (11) Obeunte verò te nunc eiusdem loci Ma- gistro, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet sub- receptionis, astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres cō- muni consilio, vel fratrum pars consilij senioris, secundū Dei timo- rem, & B. Benedicti Regulam, providerint eligendum. (12) De- cernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat, præfatum locū temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas reti- nere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, corum pro quorum gubernatione, ac suste- tatione concessa sunt, viibus omnimodis pro futura, salva Aposto- licæ Sedis auctoritate. Ad indicium autem perceptæ huius à Ro- mana Ecclesia libertatis, marapetinum vnum, singulis annis, No- bis, nostrisque successoribus persolvetis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sœcularisvè persona, hanc nostræ Constitutionis pa- ginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundò, ter- tiovè commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxit, potestatis, honorisque sui dignitate careat; reamque se divino iudicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat; & à sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & Dñi nostri Iesu Christi, aliena ofend fiat.

Num. 6.

Innoc. III.

Num. 7.

Innoc. III.

Num. 8.

Innoc. III.

Num. 9.

Innoc. III.

Num. 10

Innoc. III.

Num. 11

Innoc. III.

Num. 12

fiat, atque in extremo examine, divinæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servātibus sit pax Dñi nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipient, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen, Amen.
Ego Lutius Catholicae Ecclesiæ Episcopus.

Ego Theodorinus Portueñ. sanctæ Rufinæ sedis Episcopus.

Ego Henricus Albaneñ. Episcopus.

Ego Paulus Prænestinus Episcopus.

Ego Petrus Presbyter Card. tituli sanctæ Susannæ.

Ego Vivianus tituli sancti Stephani in Cælio monte Presbyter Cardinalis.

Ego Laborans Presbyter Cardinalis sanctæ Mariæ trans Tiberim & Callisti.

Ego Rainerius Presbyter Cardinalis sanctorum Ioannis & Pauli, tituli sancti Pamachij.

Ego Hubertus Presbyter Cardinalis, tituli Basilicæ duodecim Apostolorum.

Ego Hiacynthus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin.

Ego Arditius Diaconus Cardinalis sancti Theodori.

Ego Gratianus sanctorum Cosmæ & Damiani Diaconus Cardin.

Ego Roto sancti Angeli Diaconus Cardinalis.

Ego Octavianus Diaconus Cardinalis sanctorū Sergij & Bacchi.

Ego Iofredus Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ in via lata.

P Datum Romæ per manum Alberti S. Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis, & Cancellarij, ij. Nonas Aprilis, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo octuagesimo tertio, Indictione prima, Pontificatus Dñi nostri Papæ III. anno secundo.

An. 1183

INNOCENTIVS III.

I Privilegium Lucij III. eiusdem verbis, necnon omnes libertates, & immunitates Legatis, Archiepiscopis, Episcopis, & Regibas, Ordini concessas approbat, & confirmat.

Concordat.
Num. i.
Honor. III
fol. 11.



INNOCENTIVS Episcopus, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Benedicto Magistro, & Fratribus Sancti Iuliani de Pereiro, tam presentibus, quam futuris, Regulari vitam professis, Innoc. PP. III. In registro bona memoria Lucij Papæ prædecessoris nostri perspeximus contineri, quod cum locus vester in Sarracenorum fauibus constitutus nulli Pontifici hacte-

haecenit fuerit Diœcœfana lege subiectus ipse venerabilis fratrū P. Cōpostellañ. & G. Bracharen. Archiepiscoporum, G. Lamecens. P. Civitateñ. V. Salmant. I. Viseñ. & A. Cauriens. Episcoporum precibus inclinatus, vt liberius, & libentius defensioni Christianitatis, & alijs diuinis obsequijs instaretis, locū vestrū, in quo divino mancipati estis obsequio, in ius, & proprietatē B. Petri, & Ecclesiæ Rom. recipit, & suo privilegio communivit, statuens, vt præter Romanū Pontificem nullus locum ipsum interdicto suppone-re, vel in fratres inibi commorantes excommunicationis, vel suspe-
sionis sententiā ferre præsumat. (2) Nos igitur eius vestigijs inhære-
tes, locū ipsum, qui ad ius, & proprietatē Sedis Apostolicæ perti-
nere dignoscitur, sub B. Petri, & Nostra protectione suscepimus,
& præsentis scripti privilegio cōmunimus. (3) Auctoritate Apo-
stolica statuētes, vt Ordo Monasticus, qui secūdū Deū, & Beati Be-
nedicti Regulā, in eodē loco cōstitutus esse dignoscitur, perpetuis
ibidē tēporibus inviolabiliter observetur. (4) Præterea quascūq;
possessiones, quæcūq; bona, idē locus in præsentiarū iustē, & ca-
nonicē possidet, aut in futurū concessionē Pontificum, largitio-
ne Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu alijs iustis mo-
dis, præstāte Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque suc-
cessoribus, & illibata permaneāt. In quibus hæc proprijs du ximus
vocabulis exprimenda. Locum ipsum, in quo domus ipsa sita est,
cū Ecclesia, & omnibus pertinentijs suis, terris, vineis, silvis, pra-
tis, pascuis, aquis, aquarū decursibus, & molendinis. Radicatā
cum pertinentijs, & vniuersis finibus suis. Villar de Turpino cū
pertinentijs, & vniuersis finibus suis. Ferrariam cum omnibus per-
tinentijs, & finibus suis. Colmenar cum omnibus pertinentijs, &
finibus suis. Almēdram siccām cū piscaria, pascuis, pertinentijs, &
omnibus finibus suis. Granjam in Aldea de Pōtesicco, cum vineis,
agris, pascuis, & vniuersis pertinētijs suis (5) Sanè novaliū vestro-
ru, quæ proprijs manibus, vel sumptibus colitis, sive de nutrimētis
animaliū vestroru, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere
præsumat. (6) Liceat quoque vobis Clericos, vel laicos liberos, &
absolutos à sœculo fugientes ad cōversiōnē recipere, & eos absq;
contradictione aliqua retinere. (7) Prohibemus insuper, vt nulli
fratrum vestrorum fas sit, post factā in eo loco professionem, nisi
arctioris Religionis intuitu, absque licentia Magistris, de eodē
discedere: discedentem verò, absque communiū litterarū vestrarū
cautione, nullus audeat retinere. (8) Chrisma verò, Oleum
sanctum, Consecrationes Altarium, seu Basilicarū, Ordinationes
Clericorum, seu Monachorū, qui ad sacros Ordines fuerint pro-
movēdi; à quocumq; malueritis Catholico suscipiatis Episcopo,

Num. 2.
*Honor. III*Num. 3.
*Honor. III*Num. 4.
*Honor. III*Num. 5.
Imoc. III.
fol. 8.

Honor. III

Num. 6.
*Honor. III*Num. 7.
*Honor. III*Num. 8.
Honor. III

- Num. 9. communionē, & gratiā Apostolicae Sedis habēte. (9) Sepulturam
Honor. III præterea ipsius loci liberā esse decernimus, vt eorum devotioni,
 & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi for-
 tè excommunicati, vel interdicti sint, nullus obsistat; salva tamen
 Num. 10 iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assu-
Honor. III muntur. (10) Præterea, libertates, & immunitates à Legatis, Ar-
 chiepiscopis, & Episcopis, Regibus, & Principibus, alijsq; perso-
 nis, tā Ecclesiasticis, quām mundanis provida vobis deliberatione
 concessas, ratas habemus, & Apostolica auctoritate cōfirmamus.
 Num. 11 (11) Obeunte verō te, nunc eiusdē loci Magistro, vel tuorū quo-
Honor. III libet successorū, nullus ibi qualibet subreptionis, astutia, seu vio-
 lentia præponatur, nisi quem fratres communi consilio, vel fratrū
 pars consilij sanioris, secundū Dei timorem, & Beati Benedicti Re-
 Num. 12 gulam providerint eligendum. (12) Decernimus ergo, vt nulli
 omnino hominum liceat præfatum locū temerē perturbare, aut
 eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu qui-
 buslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur
 eorum pro quorū gubernatione, ac sustētatione concessa sunt, vbi-
 bus omnimodis pro futura, salva Sedis Apostolicae auctoritate.
 Ad indicium autem perceptæ huius à Romana Ecclesia libertatis
 marapetinum vnum singulis annis Nobis, nostrisq; successoribus
 persolvetis. Si qua igitur in futurū Ecclesiastica, sacerularisvè per-
 sona, hanc nostræ Constitutionis paginā, sciens contra eam teme-
 rē venire tentaverit, secundò, tertiovè commonita, nisi reatum
 suum digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui ca-
 reat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata
 iniuitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei,
 & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, ac in ex-
 tremo examine districtæ subiaceat vltioni. Cunctis autem eidem
 loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, qua-
 tenus & hic fructum bonæ actionis percipient, & apud districtum
 iudicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen, Amen.
 Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiae Episcopus. (8)
 Ego Octavianus Ostiensis, & Velerrens. Episcopus.
 Ego Petrus Portueñ. & sanctæ Rufinæ Episcopus.
 Ego Ioannes Albanen. Episcopus.
 Ego Ioannes Sabineñ. Episcopus.
 Ego Nicolaus Tusculen. Episcopus.
 Ego Petrus tituli sanctæ Cæciliæ Presbyt. Card.
 Ego Iordan. sanctæ Puden. tituli S. Pastoris Presbyt. Card.
 Ego Guido Presbyt. Card. S. Mariæ trans Tiberim, tituli Callisti.
 Ego Hugo Presbyter Cardinalis sancti Martini, tituli Equitij.
 Ego

INNOCENTIVS III.

11

Ego Ioan. tituli sancti Stephani in Cælio monte Presbyt. Card.
Ego Cintius sanctorū Ioann. & Paul. Presb. Card. tituli Pamachij.
Ego Greg. tituli sancti Vitalis Presbyter Cardin.
Ego Leo tituli Sanctæ Crucis in Ierusalem Presbyt. Card.
Ego Rogerius tituli sanctæ Anastasiae Presbyt. Card.
Ego Gratianus sanctorum Cosme, & Damiani Diacon. Cardin.
Ego Greg. sancti Georgij ad Velum aureum Diacon. Cardin.
Ego Hugo sancti Eustachij Diacon. Cardin.
Ego Matthæus sancti Theodori Diacon. Card.
Ego Guido sancti Nicolai in carcere Tull. Diacon. Card.
Ego Petrus sancti Angeli Diacon. Card.
Ego Guala sanctæ Mariæ in Porticu Diacon. Card.

¶ Dat. Rom. apud S. Petr. per manum Ioann. S. Mariæ in via
lata Diac. Card. xvij. Kal. Iul. Indict. viij. Incarnationis Dominicae
anno M. CC. V. Pont. verò Domini Innoc. PP. III. anno octavo.

An. 1205

INNOCENTIVS III.

I. Ecclesiæ, decimas, & possessioñes, per quadraginta annorum spatum ab Ori-
dine pacifice possessa, confirmat.

INNOCENTIVS Episcopus, Servus servorū Dei,
Dilectis filijs Magistro, & Fratribus de Pereiro,
salutē, & Apostolicā benedictionem. Solet annue-
re Sedes Apostolica pijs votis, & honestis peten-
tium precibus favorem benevolum impertiri. Ea-
propter dilecti in Dño filij, vestris iustis postula-
tionibus grato cōcurrētes assensu, decimas, Ecclesiæ, & possessio-
nes, quas per quadraginta annos, & amplius quiete, & pacifice pos-
sedistis, auctoritate yobis Apostolica cōfirmamus; Inhibētes distri-
ctius, ne quis vos super his indebet molestatre præsumat. Nulli ergo
omnino hominū liceat hanc paginā nostræ inhibitionis infrin-
gere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare
præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & B. Petri, &
Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Lateran. se-
cundo Kal. April. Pontificatus nostri anno decimo.

An. 1207

HONORIVS III.

I. Præcipit, ab omnibus Prælatis privilegia Cisterciensibus concessa, invio-
labiliter observari;

2 De

2 De alienis terris post Concilium generale acquisitis, & acquirendis, decimas solvent Ecclesijs quibus antea solvabantur.

Concordat.



ONORIVS Episcopus, servus servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filijs, alijs Ecclesiarum Prælatis, ad quos litteræ istæ pervenerint, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Benefaciens Dominus bonis, & rectis corde, dilectos filios Fratres Cisterciensis Ordinis, in via mandatorum ipsius inoffensæ currentes, tanquam populum acceptabilem sibi numero, & merito ampliavit; eisque de rore cœli, & terræ pinguedine benedicens, dilatavit locum tentorij eiusdem Ordinis, & pelles tabernaculorum eius extendit. Sed (quod dolentes referimus) in via hac, qua ambulabant, superbi contra eos, laqueos extendentes, imò velut torrentes iniquitatis irruentes in eos, ipsos bonis suis, quæ soli Domino sunt dicata, non solum nequiter fraudare (cum filij huius sæculi prudētiores filijs lucis in generatione sua sint) verūmetiam iniquitate potentes, violenter spoliare nituntur. Et quod gravius est, nōnulli de his, qui eos debuerant in Christi visceribus chariū amplexari, & favorabiliū confovare, ipsos immāniū persequentes, privilegia, quæ ipsis a Sede Apostolica suis exigentib; meritis sunt indulta, gestiunt penitus enervare; dicendo illa fuisse omnino in generali Cōcilio revocata, vel alias intellectum privilegiorum ipsorū ita maligna interpretatione ad libitum pervertendo, quod nisi os iniqua loquentium obstruatur, nil restet, quin prædicti Fratres suorum privilegiorum penè penitus fructu frustentur: per quod illi, non tam eisdem Fratribus, quā Nobis iniuriare probantur, dum contra Sedis Apostolicæ indulgentias, memoratos Fratres temerè perturbare præsumunt: molientes cōtra nostræ plenitudinem potestatis, dum indulta nostra irreverenter impugnant. (1) Nos igitur, qui prædictos Fratres speciali prærogativa dilectionis, & gratiæ amplexamur, vt potè qui iugiter offerentes suorum vitulos labiorum, nō solum Nobis, sed etiam vniuersali Ecclesiæ, pijs intercessionibus incomparabiliter suffragantur, nolentes huiusmodi vexationibus, eorū Sabatti amaricari quietem, quos potius tenemur omnimodis consolari, vniuersitatem vestrā monemus, & hortamur attentè, ac per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus supradictos Fratres ob reverentiam divinam, & nostram, habentes in visceribus charitatis, eis privilegia, & indulgentias Apostoli & Sedis eisdem concessas, in violabiliter cōservetis, & ab alijs conservari faciat; salva moderatione Cōciliij generalis, videlicet, (2) vt de alienis terris à tempore prædicti Concilij acquisitis, & de cætero acqui-

Num. 1.

Num. 2.
Honor. III

ren-

rendis, exolvant decimas Ecclesijs, quibus ratione prædiorum antea solvebantur, nisi aliter cum eis duxerint componendum. Alias quoque dictos Fratres ab incursibus malignorum taliter defendatis, quod defensores iustitiae, ac pietatis probemini amatores. Deumque vobis propitium, & Nos reddatis exinde favorabiles, & benignos. Dat. Lateran. xiii. Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno quinto.

An. 1221

HONORIVS III.

- 1 *De alienis terris, etiam si proprijs manibus excolantur, solvere tenentur.*
- 2 *Declarat, liberos esse Cistercienses à solutione decimarum novalium à tempore Concilij Generalis proprijs manibus, aut sumptibus excultorum.*



ONORIVS EPIS COPVS, Servus servorum Dei : Dilectis filijs Abbatii Cisterciensi, & vniuersis Coabbatis eius, & Fratribus sub eodem Ordine Deo servientibus, Salutē, & Apostolicam benedictionem. Contingit interdum, quod nonnulli, proprijs incūbentes affectibus, dum sanctionum sensum legitimū ad sua vota non habent accommodū, super inducunt adulterū intellectum, in temporali compendio æternum dispendium non timentes. (1) Sanè, quia sicut audivimus, quidam suo nimis inhærentes ingenio, nimiumque voluntarij, Concilij Generalis interpres, de novalibus post dem Concilium acquisitis, à vobis intendunt decimas extorquere, ne super his vos contingat indebita molestatione vexari, Nos interpretationem illorū intellectui constitutionis prædicti Concilij super (A) Cisterciensium decimis editæ, asserimus peregrinā. In ipsa quidem expresse cavetur, vt de alienis terris, & à modo acquirendis, si eas proprijs manibus, aut sumptibus colueritis, decimas persolvatis Ecclesijs, quibus ratione prædiorum ante solvebantur. Vnde, si ad propositum aciem discretionis extenderent, advertentes nihilominus, de quibus novalibus Apostolica Sedes intelligat indulgentiam super talibus pijs locis concessam, non sic circa novalia novæ interpretationis ludibrio ingenia fatigaren. (2) Inhibemus (B) ergo authoritate Apostolica, vt nullus à vobis de novalibus à tempore Con-

Concordat,

Num. 1.

A Honor.
III.
fol. 11.n.2Num. 2.
B Honor.
III. n. 5.

cilijs exultis, vel in posterum proprijs manibus, aut sumptibus excolendis, decimas exigere, aut extorquere præsumat. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Lateran. octavo Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno quinto.

An. 1221

HONORIVS III.

i Indulget, non posset Cistercienses excommunicari, neque suspendi, neque eorum loca interdici à Sedis Apostolicae Legatis.

Num. 1.



ONORIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei : Dilectis filijs Abbatii Cisterciensi, & vniuersis Coabbatibus eius, & Fratribus sub eodem Ordine Deo servientibus, Salutem, & Apostolicam benedictionem. (1)

Cùm Ordinis vestri generosa plantatio multos religionis, & honestatis flores, & fructus protulerit, effuso longè, lateque laudabilis conversationis odore, Apostolicæ Sedis auctoritas considerans, per Marthæ sollicitudinem providendum esse Mariæ quieti, vt Sanctis Mariæ suffragijs satagentis Marthæ sollicitudo ministerij iuvaretur, ne alicuius temeritatis incursus sanctæ conversationis otium perturbaret, Ordinem ipsum, & privilegijs, & nonnullis indulgentijs, specialis gratiæ prærogativa munivit. (2) Nos autem, qui salutifera commoda vestra, benigno favore prosequimur, tranquillitati vestræ libenter, vt possimus, providemus, authoritate præsentium inhibentes, ne Apostolicæ Sedis Legati, sine speciali mandato nostro, in vos excommunicationis, vel suspensionis, & in Monasteria vestra interdicti sententias, contra ea, quæ vobis sunt ab Apostolica Sede concessa, promulgent. (3) Nulli ergo hominum liceat

Num. 2.

hanc paginam nostræ inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attētare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorū Petri, & Pauli Apostolo-

Num. 3.

lorum eius, se non verit incursum. Dat. Lateran. octavo Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno quinto.

An. 1221

HONORIVS III.

Confirmat priuilegia Lucij III. & Innocentij III. Verba transcriptibens.



HONORIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei: Vniverſis præſentes litteras inspecturis, Salutem, & Apostolicam benedictionem. In registro fœlicis recordationis Innocentij (A) Papæ prædecessoris nostri invenimus in hunc modum.

B. Magistro, & Fratribus Sancti Iuliani de Pereiro, (1) tam præſentibus, quam futuris, Regularem vitam profēſsis, in perpetuum. In registro bonæ memoriae (B) Lucij Papæ prædecessoris nostri perſpeximus contineri, quod cum locus vester in Saracenorū fauibus conſtitutus, nulli Pontifici haec tenus fuerit Diocesana lege ſubiectus, ipſe Venerabilium Fratrum P. Compostellanen. & G. Bracaren. Archiepiscoporum G. Lamecen. P. Civitatēn. V. Salmanticen. I. Vifēn. & A. Caurien. Epifcoporum precibus inclinatus, ut liberiūs, & libentiūs defenſiōni Christianitatis, & alijs divinis obsequijs instaretis, locum veſtrum, in quo divino mancipati eftis obsequio, in ius, & proprietatem Beati Petri, & Ecclesiae Romanæ recepit, & ſuo priuilegio communivit, statuens ut præter Romanum Pontificem, nullus locum ipsum interdicto ſupponere, vel in Fratres inibi commorantes, excommunicationis, vel suspensionis ſententiam ferre præſummat, (2) Nos igitur eius veſtigijſ inhærentes, locum ipsum, qui ad ius, & proprietatem Apostolicæ Sedis pertinere dignoscitur, ſub Beati (3) Petri, & noſtra protectione fuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio cōmuni muſ. (4) Authoritate Apostolica ſtatuentes, ut Ordo Monasticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti Regulam in eodem loco institutus, &c. vſque obſervetur. Præterea quaſcumque poffefſiones, &c. vſque vocabuli exprimenda. Locum ipsum, in quo domus ipsa ſita eft cum Ecclesia, & omnibus pertinentijs ſuis, terris, vineis, filvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarū decurſibus, & molendinīs. Radicatam cum pertinentijs, & vniuersi finibus ſuis. Villar de Turpino cū omnibus pertinentijs, & finibus ſuis.

B 2

Ferra.

Concordat.

A Imoc.

III. fol. 8.

n. 1.

Num. 1.

Greg. IX.

fol. 21.n.1

B Lutius

III. fol. 6.

num. 1.

2021.01.01

Num. 2.

Greg. IX.

fol. 21.n.2

Num. 3.

Greg. IX.

fol. 22.n.3

Num. 4.

Greg. IX.

fol. 22.n.4

- Ferrariam cum omnibus pertinentijs & finibus suis, Colmenar cum omnibus pertinentijs & finibus suis, Almendram sicciam cum piscaria, pascuis, pertinentijs & omnibus finibus suis, Gran giam in Aldea de Pontesicco, cum vineis, agris, pascuis, & universis pertinentijs suis. (5) Sanè novaliū vestroru, quæ proprijs manibus, aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animaliū vestroru, &c. vsq; præsumat. (6) Liceat quoq; vobis Clericos, vel laicos liberos, &c. Prohibemus insuper, &c. (7) Discedentē verò, &c. vsque retinere. (8) Chrisma verò, Oleū sanctum, consecrationes Altariū, seu Basilicarū, Ordinationes Clericorum, seu Monachorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovēdi, à quocumque malueritis Catholico suscipietis Episcopo cōmunionem, & gratiā Apostolicæ Sedis habēte. (9) Sepulturā præterea ipsius loci, &c. vsq; assumūtur. (10) Præterea libertates, & immunitates à Legatis, Archiepiscopis, & Episcopis, Regibus, & Principibus, alijsque personis tām Ecclesiasticis, quam mundanis provida vobis deliberatione concessas, ratas habemus, & authoritate Apostolica confirmamus. (11) Obeunte verò, &c. vsque Dei timorem, & B. Benedicti Regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, &c. vsque profutura. Salva Sedis Apostolicæ autoritate. Ad indicium autem percep- tæ huiusmodi à Romana Ecclesia libertatis maravetinū vnum singulis annis Nobis nostrisque successoribus persolvetus. Si qua igitur, &c. cunctis autem. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum per manum Ioannis Sanctæ Mariæ, Via lata, Diaconi Cardinalis, xvij. Kalend. Iulij. Indict. viij. Incarnationis Dominicæ anno 1205. Pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. anno viij. Pontificatus nostri anno nono.

GREGORIVS IX.

1. Facultatem concedit Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus Regni Leonensis procedendi contra eos, qui Militiæ bona invaserunt, vel illicis relictæ in testamento iniuste detinent.
2. Contra eos qui in Fratres excommunicationis, vel suspensionis, & in eis loca, interdicti sententiam ferre præsumunt.
3. Contra eos denique, qui de bonis ante Generale Concilium acquisi- erunt, vel de nutrimentis animalium, decimas extorquere inten- dent.

4 Declarat sententiam Canonis incurrisse, qui violentas manus in Fratres iniecerint.



REGORIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, & dilectis filijs Abbatis, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, & alijs Ecclesiarum Prælatis in Regno Legionen. constitutis, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

(1) Non absque dolore cordis, & plurima turbatione didicimus, quod ita in plerisque partibus Ecclesiastica censura dissolvitur, & Canonicæ sententiæ severitas enervatur, ut viri religiosi, & hi maximè, qui per Sedis Apostolicae privilegia maiori donati sunt libertate, passim à malefactoribus suis iniurias sustinent, & rapinas; dum vix invenitur, qui congrua illis protectione subveniat, & pro favenda pauperum iustitia subsidium defensionis opponat. Specialiter autem dilecti filii Magister, & Fratres Militiae de Pereyro, Cistercensis Ordinis, tam de frequentibus iniurijs, quam de ipso quotidiano defectu iustitiae conquerentes, universitatem vestram litteris petierunt Apostolicis excitari, ut ita videlicet, eis in tribulationibus suis, contra malefactores eorum, prompta beatissimae magnanimitate confurgere, quod ab angustijs, quas sustinent, & pressuris, vestro possint præsidio respirare. Ideoque universitati vestrae per Apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus illos, qui possessiones, aut res, seu domos prædictorum Magistri, & Fratrum, vel hominum suorum, irreverenter invaserint, aut iniuste detinuerint, quæ prædictis Fratribus ex testamento decedentiū relinquuntur, (2) seu in ipsos Fratres, contra Apostolicæ Sedis indulta, sententiā excōmunicationis, aut interdicti præsumpserit promulgare, (3) vel decimas laborū, de possessionibus habitis ante Concilium generale, quas proprijs manibus & sumptibus excolunt, seu nutrimentis ipsorum, spretis Sedis Apostolicae privilegijs, extorque re, monitione præmissa, si laici fuerint, publicè candelis accensis, excommunicationis sententia percellatis. Si vero Clerici, aut Canonici Regulares, seu Monachi fuerint, eos, appellatione remota, ab officio, & beneficio suspeditatis, donec prædictis Fratribus plenariè satisfaciāt. Et tā laici, quā Clerici seculares, qui per violenta manuum iniectione anathematis vinculo fuerint innodati, cum Diœcesani Episcopi litteris, ad Sedem Apostolicam venientes, ab eodem vinculo mereantur absolvī.

Concordat.

Num. 1

Num. 2
Greg. ipse,
fol. 18.n.1

Num. 3.
Greg. ipse,
fol. 20.n.4

An. 1227

Villas autem, in quibus bona prædictorum Fratrum, vel hominum suorum per violentiam detenta fuerint, quandiu ibi sunt, interdicti sententiæ supponatis. Dat. Anagniæ ij. Kalend. Iunij, Pontificatus nostri anno primo.

GREGORIVS IX.

I Omnes libertates à Summis Pontificibus, vel Regibus Militiæ concessas, Apostolica authoritate confirmat.

Concordat.



RE G O R I V S E P I S C O P V S, Servus servorū Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus domus de Alcantara Militiæ, Cisterciensis Ordinis, Cauriensis Diœcesis, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à Nobis petitur quod iustum est, & honestū, tām vigor æquitas, quā ordo exigit rationis, vt id per solitudinem officij nostri ad debitū perducatur effectū. (1) Eapropter dilecti in Dominō filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes aſſensu, omnes libertates, & immunitates, à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, per privilegia, seu alias indulgentias, vobis, & domui vestræ concessas, necnon libertates, & exēptiones fœcularium exactionū, à Regibus, & Principibus, & alijs Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut ea iuste, ac pacificè obtinetis, vobis, & per vos, eidem domui, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginā nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Lugdun. Nonis Novembris, Pontificatus nostri anno tertio.

An. 1230

GREGORIVS IX.

Exiit à solutione decimæ in subsidium Terræ sanctæ.

Concordat.

GREGORIVS E P I S C O P V S, Servus servorum Dei, Dilectis filijs Legatis Apostolicæ Sedis, & universis

sis Collectoribus decimæ proventuum Ecclesiasticorum Terræ
sanctæ subsidio deputatæ, ad quos litteræ istæ pervenerint, Sa-
lutem, & Apostolicam benedictionē. (1. Licet in generali Cō-
cilio Lugdunen. volentes Terræ sanctæ, quæ ab inimicis Chri-
stiani nominis detinētur miserabiliter occupata, procurare re-
media, per quæ posset de illorum manibus liberari, decimam
omnium Ecclesiasticorum proventuum ipsius Terræ subsidio
duxerimus deputandam. Nos tamen attendentes, quod dilecti
filii Generales, & alij Magistri, & Fratres Militiæ Calatraven.
Cistercien. Ordinis, ad hoc principaliter elaborant, seque pari-
ter, & cuncta, quæ obtinent, pro defensione Christianæ Fidei
adversus Africæ Saracenos exponunt, quod propter hoc dis-
crimina continuè sustinere noscuntur, ac intéudentes eos pro-
inde speciali gratia prosequi, & favore, præfatis Magistris, &
Fratribus, quod de proventibus suis decimam huiusmodi sol-
vere minimè teneātur, nec ad id compelli valeant, per nostras
litteras duximus indulgēdum; sed vos, vel vestrū aliqui, prout
ijdem Magistri, & Fratres Nobis insinuare curarūt, huiusmodi
decimam, nihilominus exigitis ab eisdem. Volentes igitur, ut
Magistris, & Fratribus supradictis de huiusmodi concessione
nostra votivus producatur effectus, vobis, & vestrū singulis
per Apostolica scripta mandamus, quatenus ab eisdem Magi-
stris, & Fratribus, & aut domibus, & Ecclesijs suis huiusmodi
decimam per vos, vel alium, aut alios nullatenus exigatis. (2)
Non obstantibus quibuscumque litteris Apostolicis, vobis,
aut aliquibus vestrū, sub quacumque forma, vel expressione
verborum directis hactenus, eo prætextu, quod contenta in il-
lis, ut ab exemptis, & non exemptis, cuiuscumque ordinis, cō-
dit ionis, vel dignitatis existat, prædictam decimam exigatis,
seu etiam in posterum dirigendis, nisi huiusmodi litteræ diri-
gendæ, de Magistris, & Fratribus, ipsis, & eorum ordine, ac hu-
iusmodi concessione, de verbo ad verbum fecerint mentionē.
Nos etiam nihilominus, excommunicationis, interdicti, aut
suspensionis sententias, si quas, in eorundem Magistrorum, &
Fratrum personas, aut Ecclesijs, domos, & loca ipsorum, per
vos, aut alium, seu alios, seu mandatibus vobis, occasione hu-
iusmodi hactenus sunt prolatæ, vel in posterum promulgari
contigerit, ex nunc irritas decernimus, & inanes. Datum Me-
diolani secundo Idus Novembbris, Pontificatus nostri anno
quarto.

Num. 1.

Num. 2.

An. 1231

GREGORIVS IX.

Ecclesiam de Badajoz Militiae confirmat, & omnia bona quæ iustè ibi possidebat.

Concordat.

Num. I.

GREGORIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Militiae de Alcantara, Cistercien. Ordinis, Salutē, & Apostolicam benedictionē. (1) Iustis petentiū desiderijs dignum est nos facilem præbere cōsensum, & vota, quæ à rationis tramite non discordant, effectu prosequēte complere. Eapropter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, Ecclesiam de Badajocio cum pertinentijs suis, possessiones, & alia bona vestra, sicut ea omnia iustè ac pacificè possidetis, vobis, & per vos, domui vestræ authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā nostræ confirmationis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, Omnipotens Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Anagniæ viij. Kalend. Octobris, Pontificatus nostro anno sexto.

An. 1233

GREGORIVS IX.

- 1 Recipit sub protectione Sedis Apostolice dominum S. Iuliani de Pereiro.
- 2 Præcipit, Monisticum Ordinem secundum Regulam Sancti Benedicti, & Cisterciens. institutionem ante Concilium generale receptam, perpetuò ibidem observari.
- 3 Confirmat omnia bona tām præsentia, quām futura, quocumque iusto titulo acquista.
- 4 A solutione decimarum, possessionum ante Concilium generale acquisitarum, & novalium proprijs manibus, aut sumptibus excultorum liberos facit.
- 5 Concedit facultatem admittendi quascumque personas liberas, tām Ecclesiasticas, quām seculares.
- 6 Prohibet aliquem absque Magistri licentia ex Ordine discedere.

- 7 Bona Ordinis sine licentia Capituli alienari non permittit.
 8 Prohibet mutuum accipi, & fide iuberi sine licentia Magistri, aut
 maioris partis Capituli, alias non teneri Conventum ad satisfa-
 ctionem.
 9 In causis proprijs ci vilibus, & criminalibus testificari possunt Fratres.
 10 Compelli non possunt ab Episcopis ire ad Synodos, nec ad iudicia secula-
 ria, nec posse Episcopos intrare suas domos causa celebrandi.
 11 Regularem Magistri electionem Episcopus non impedit, nec deponat
 electum.
 12 Ordinationes, iudicia, & publicos Conventus in Conventu faciri ab Epis-
 copis interdicit.
 13 A quocunque Catholico Antistite Chrisma, Oleum, Consecrationes
 Altarium, & Ordines recipere indulget.
 14 Episcopis facultatem adimit excommunicationis suspensionis in Fra-
 tres, servientes, & benefactores, & in Ecclesijs interdicti senten-
 tias promulgandi.
 15 Divina officia interdicti generalis tempore celebrare possunt, ex-
 communicatis exclusis.
 16 Ecclesiistarum sepulturam libere possunt cōcedere, salvo iure Parochiali.
 17 Magistri electio ad Capitulum, vel maiorem partem pertinet.
 18 Prohibet, ut intra claustra Monasterij, vel grangiarum nullus fu-
 retur, ignem ponat, feriat, occidat, & prendat, vel violentiam
 faciat.
 19 Omnia priuilegia Ordini concessa per prædecessores Summos Pon-
 tifices, per Legatos, Archiepiscopos, & Episcopos, per Reges &
 Principes confirmat.
 20 Venientes contra dispositionem huius Bullæ pœna multat.



REGORIVS EPISCOPVS, Servus fer-
 vorum Dei, Dilectis filijs Magistro, & Fratri-
 bus S. Iuliani de Pereiro, Cisterciensis Ordini,
 tam præsentibus, quam futuris præclararam
 vitam profesis in perpetuum. (1) Religiosa vitam
 eligentibus Apostolicu convenit adesse præsi-
 dium, ne forte quilibet temeritatis incursus, aut eos à proposi-
 to revocet, aut robur (quod absit) Sacrae Religionis infringat.
 (2) Eapropter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationi-
 bus clementer annuimus, Domum S. Iuliani de Pereiro Cister-
 ciens. Ordinis Civitaten. Diœcesis, quæ ad ius, & proprietatem
 Beati Petri spectare dignoscitur, in qua divino mancipati estis
 obsequio, ad exemplar fælicis recordationis Lucij, (A) & Inno-
 centij, (B) prædecessorum nostrorum Romanum Pontificum
 sub

Concordat:

Num. 1.

Num. 2.

A Fol. 6.

n. 2.

B F. 9. n. 2

- Num. 3. sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio cōmuniimus. (3) In primis siquidem statuentes, vt Ordo Monasticus, qui secundum Deum, & Beati Benedicti Regulam, atque institutionem Cisterc. Fratrum, à vobis ante Concilium generale susceptam, in eodem loco institutus esse dignoscitur, per petuis ibidem temporibus, inviolabiliter observetur. (4) Præterea quascumq; possessiones, quacūq; bona, eadem domus impræsentiarum iustè, ac canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regū, vel Principum, oblatione fidelium, & alijs iustis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus illibata permaneant, ex quibus hæc proprijs duximus expri menda vocabulis. Locum ipsum, in quo præfata Domus sita est, cum omnibus pertinentijs suis, Ecclesiam S. Mariæ de Almocovaria, cum Hospitale, & pertinentijs suis, Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Valentia, cum pertinentijs suis, Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Badajoz cum pertinentijs suis, Ecclesiam Sancti Benedicti de Corduba cum pertinentijs suis, Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Bacocia cum pertinentijs suis, Ecclesiam S. Mariæ de Malelia cum pertinentijs suis, Ecclesiam Sancti Petri in Castro Sancti Ioannis de Mascoras, Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Portezolo cum pertinentijs suis, Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Salmatica, Ecclesiam Sancti Thomæ in Alva de Tormes, Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Çamora, Ecclesiam Sanctæ Christinæ, & Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Ripa de Dorio, Ecclesiam Sancti Ioannis in Tauro, Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Moralegia, Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Milana, Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Maldas, Ecclesiam Sancti Petri in Carcia, Ecclesiam Sancti Michaelis in Barceali, Ecclesiam Sancti Nicolai in Petris Albis, Ecclesiam Sancti Ioannis de Navasfrigidas, Ecclesiam Sancti Stephani in Castro viridi, Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Maioria, Ecclesiam Sancti Petri de Montefancto, Ecclesiam de Sanarges, Ecclesiam de Almeicijs cum omnibus pertinentijs suis, & possessionibus corundem, Castrum nominatum Alcantara cum villis, & pertinentijs, Castrum de Espançagal cum villis, & pertinentijs suis, Valentiam cum villis, & pertinentijs suis, Castrum Magacellæ cum villis, & pertinentijs suis, Villam de Valelias cum aldeis, & pertinentijs suis, Castrum Mediolani cum villis, & pertinentijs suis, Villam de Moraleja cum aldeis, & pertinentijs suis, Castrum de Fortezolo cum aldeis, & pertinentijs suis, Castrum Sancti Ioannis de Mascoras cum aldeis, & pertinentijs suis, Villam de Navasfrigidas cum possessioni bus

bus & pertinentijs suis: Villas, quas habetis apud Camoram, cum possessionibus & pertinentijs suis. Villam de Serena cum pertinentijs, & possessionibus suis. Villam Ester, & Villam Alfonsi cum possessionibus & pertinentijs suis. Villam de Brocas cum possessionibus & pertinentijs suis. Villam de Conserta, quam habetis in Gallecia, cum possessionibus, & pertinentijs suis: Batonderia cum possessionibus & pertinentijs suis. Radicatam cum pertinentijs suis. Villam de Torpino cum pertinentijs suis. Ferrariam cum pertinentijs suis, Colmenar cum pertinentijs suis, Almendram sicciam cum piscaria, pascuis, & omnibus pertinentijs suis, quæ domus vestra habuit, antequam fusci pererit Cisterciensis Ordinis instituta. Granjam in aldea de Pontesicco cum vineis, agris, pascuis, & universis pertinentijs suis: Possessiones, quas habetis apud Medellin, & possessiones, quas habetis apud Emeritam, possessiones, quas habetis apud Batallocium, possessiones, quas habetis apud Cordubam, possessiones, quas habetis apud Peñam-mocor, possessiones quas habetis apud Cauriam, possessiones, quas habetis apud Galisteum, possessiones, quas habetis apud Sebugal, possessiones, quas habetis apud Civitatem Roderici, & in eius termino, possessiones, quas habetis in Alva de Tormes, & in eius territorio, possessiones, quas habetis apud Salmanticā, & in eius termino, possessiones, quas habetis apud Taurum, & in eius termino, cum omnibus pertinentijs suis, possessiones, quas habetis apud Castrum viride cum pertinentijs suis: possessiones, quas habetis apud Maiorica cum pertinentijs suis: possessiones, & molédina, quæ habetis apud Benaventum, & in eius termino: possessiones & portagiū, quæ habetis apud Sanctum Martinum de Vemessas cū pertinētijs suis; necnon alias possessiones vestras, cum pratis, vineis, & pascuis, in bosco, & in plano, & in agris, & molendina, & in vijs, & semitis, & omnibus alijs libertatibus, & immunitatibus suis.

(5) Sanè laborum vestrorum de possessionibus habitis ante Cōcilium memoratum, ac etiam novalium, quæ proprijs manibus, aut sumptibus colitis, de quibus novalibus aliquis haētēnus non percepit, sive de hortis, virgultis, & pisationibus vestrīs, vel de nutrimentis animaliū vestrorū, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat.

(6) Liceat quoq; vobis Clericos, vel laicos liberos, & absolutos à seculo fugiētes, ad cōversionē recipere, & eos absq; contradictione aliqua retinere.

(7) Prohibemus insuper, vt nulli Fratrum vestrorum, post factam in domo vestra professionem, fas sit sine licentia Magistri sui inde discedere: discedentem verò, absque communium

Num. 5.

Num. 6.

Num. 7.

litte-

- Num. 8. littérarum vestrarū cautione nullus audeat refinere. (8) Illud districtiū inhibentes, ne terras, seu quodcumque beneficium domui vestræ collatū, liceat alicui personaliter dari, sive alio modo alienari, absq; consensu totius Capituli, vel maioris, aut senioris partis ipsius. Si quæ verò donationes, vel alienationes, aliter quam dictum est, factæ fuerint, eas irritas esse censamus.
- Num. 9. (9) Insuper etiā prohibemus, ne aliquis sub professione vestræ domus astrictus, sine consensu, & licentia Magistri, vel maioris partis Capituli vestri, pro aliquo fide iubeat, vel ab aliquo pecunias mutuo accipiat ultra summam Capituli vestri constitutam providentia, nisi propter manifestam domus vestræ utilitatem: quod si forte facere præsumperit, nō teneatur Cōventus pro his aliquatenus respōdere. (10) Licitū præterea sit vobis in causis proprijs, sive civilē, sive criminalem contineat quæstionem, Fratrum vestrorum testimonijs vti, ne pro defectu testimonij, vel testiū, ius vestrū in aliquo valeat deperire. (11) Insuper authoritate Apostolica inhibemus, ne nullus Episcopus, vel quælibet alia persona, ad Synodos, vel Cōvētus forēses, vos ire, vel iudicio seculari, de vestrā propria substātia, vel possessionibus vestrīs, subiacere cōpellat. (12) Nec ad domus vestrās causa Ordines celebrādi, & causas tractādi, vel aliquos Cōventus publicos convocandi, venire præsumat, nec Regularē electiōnem Magistri vestri impedit, vel instituendo, vel removendo eo, qui pro tempore fuit, cōtra statuta Cisterc. Ordinis, se aliquatenus intromittat. (13) Chrisma verò, Oleum sanctum, cōsecratiōnes Altarium, seu Basilicas, Ordinationes Clericorum vestrorum, quæ ad Ordines fuerint promovendi, à quocumq; malueritis Catholico suscipietis Episcopo, gratiam, & cōmunionem Apostolicæ Sedis habente, qui nostra fretus authoritate, vobis quod postulatur, impendat. (14) Porrò si Episcopi, vel alij Ecclesiarū. Rectores in domū vestrā, vel personas inibi constitutas, suspensionis, excommunicationis, interdicti sententiam promulgaverint, sive etiam in mercenarios vistros, pro eo quod decimas (sicut dictum est) non perfolvit, sive aliqua occasione eorum, quæ ab Apostolica autoritate indulta sunt vobis, seu benefactores vistros, pro eo quod aliqua vobis beneficia, vel bona ex charitate præstiterint, vel ad laborandum adiuverint, in illis diebus, in quibus laboratis, & alij feriantur, eandem sententiam protulerint, ipsam tanquā contra Sedis Apostolicæ indulta prolatam decernimus irritam; nec litteræ illæ firmamentum habeant, quas contra Cisterc. Ordinis regulam, & contra indulta Apostolicorum privilegiorum confū-

constiterit attentari. (15) Prætereà cum cōmune interdictum terraæ fuerit, liceat vobis nihilominus in domo vestra, exclusis excōunicatis & interdictis, divina Officia celebrare. (16) Se-
 pulturam prætereà liberā esse decernimus, vt eorū devotioni,
 & voluntati extreme, qui illic sepeliri deliberaverint (nisi for-
 tè excommunicati, vel nominatim interdicti, aut etiam publi-
 ci vñrarij sint) nullus obsistat ; salva tamen illarum Ecclesiarū
 iustitia, à quibus mortuorū corpora assumuntur. (17) Obeūte
 verò te, nunc eiusdem loci Magistro, vel tuorum quolibet suc-
 cessorum, nullus illic, qualibet subreptionis astutia, seu violen-
 tia præponatur, nisi quem Fratres, communi consensu, vel Fra-
 trum maior pars consilijs sanioris, secundum Deum, & Beati
 Benedicti Regulā providerint eligendum. (18) Paci quoq; &
 tranquillitatē vestræ, paterna in posterū sollicitudine provide-
 re volētes, Apostolica authoritate prohibemus, vt intra clausu-
 rā locorū, seu grāngiarū vestrarum, nullus rapinam, seu furtū
 facere, ignem apponere, sanguinē effundere, hominem temerē
 capere, vel interficere, seu violentiā audeat exercere. (19) Præ-
 tereà omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus no-
 stris Pontificibus Romanis Ordini vestro concessas, necnon à
 Legatis, Archiepiscopis, & Episcopis vobis, provida delibera-
 tione, concessas, libertates, & exemptiones seculariū exactio-
 num, à Regibus, Principibus, & alijs fidelibus rationabiliter
 vobis indultas, authoritate Apostolica cofirmamus, & præsen-
 tis scripti privilegio cōmunicimus. (20) Decernimus ergo, vt
 nulli omnino hominū liceat præfatam domū temerē pertur-
 bare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minue-
 re, seu quibuslibet vexationibus fatigare ; sed omnia integra
 conserventur, eorū, pro quorum gubernatione, ac sustētatio-
 ne concessa sunt, vñbus omnimodis profutura, salva eiusdem
 Sedis Apostolicæ authoritate, & in prædictis Ecclesijs Diœce-
 sanorum Episcoporum Canonica iustitia. Ad indicium autem
 perceptæ huiusmodi à Romana Ecclesia libertatis, moraveti-
 nū vnum singulis annis nobis, successoribusq; nostris persolve-
 tis. Si qua igitur n futurum Ecclesiastica, secularisve persona,
 hanc nostræ constitutionis paginam, sciens, contra eam temerē
 venire tentaverit, secundo, tertiove commonitatē (nisi reatum
 suum congrua satisfactione correxerit) potestatis, honorisque
 sui careat dignitate, reamq; se divino iudicio extitisse, de per-
 petrata iniuitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & san-
 guine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena-
 fiat, atque in extremo examine districtæ subiaceat vltioni.

Num. 15

Num. 16

Num. 17

Num. 18

Num. 19

Martin. V
f. 31. n. 1.

Num. 20

Cunctis autem, eidem loco servantibus sua iura, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructus bonae actionis per cipient, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen. Dat Romæ apud Sanctum Petrum decimosexto Kalend. Iulij, Pontificatus nostri anno nono.

GREGORIVS IX.



REGORIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei: Dilectis filijs Decan. Magistro scholarum, & Thesaurario Civitateñ. Salutem, & Apostolicam benedictionem. (1) Dilecti filij Magister, & Fratres domus de Pereiro, Cisterciens. Ordinis, Nobis graviter sunt conquesti, quòd cùm familiares sui Ordinis, vel alij seculares aliquas eis possessiones in territorio Civitatis Caurien. dimittunt in vltima voluntate, communitas Civitatis ipsius, & quidam alij Cauriens. Diœcesis, licet per hoc iuri suo nil desperare contingat, ipsos habere possessiones huiusmodi non permittitur: vnde Nobis disti Magister, & Fratres humiliter supplicarunt, vt super hoc providere ipsis paterna solicitudine curaremus. Hoc igitur non solum pro eorum detimento, qui sustinent, sed etiam pro illorum peccato, qui faciunt, grave nimis, & indignum meritò reputantes: Discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus communitatem, & alios prædictos monere propensiùs, & inducere procurantes, vt ab huiusmodi dictorum Magistri, & Fratrum gravamine conquiescant, ipsos ad id per censuram Ecclesiasticam, applicatione remota, sicut iustum fuerit, compellatis. Proviso, ne in Vniversitatem Cauriens. excommunicationis, vel interdicti sententiam proferatis, nisi super hoc mandatum à Nobis receperitis speciale. Quod si non omnes, his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Dat. Late-
ran. xv. Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri anno vndecimo.

An. 1238 Locus * plumbi.

GREGORIVS IX.

Regibus Castellæ Militiam de Pereiro commendat.



REGORIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei: (1) Charissimo in Christo filio Illustri Regi Castellæ, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Scientes, quod Serenitati Regiae proficit ad salutem, si viros Religiosos habueris in visceribus charitatis, cum Dominus honorari, & sperni se afferat in Ministris, secundum Evangelicam veritatem, celsitudinem Regiam rogamus propensius, & hortamur, quatenus dilectos filios Magistrum, & Fratres domus de Pereiro, Cisterciens. Ordinis, quæ ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, pro divina, & nostra reverentia taliter habere charos demonstret, ut preces nostras sibi sentiant fructuosas, & Nos devotionem tuam possimus meritò commendare. Dat. Lateran. vij. Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri anno vndecimo.

Concordat.
Num. 1.

An. 1238

GREGORIVS IX.

Militibus in pælio decadentibus plenariam indulgentiam concedit.



REGORIVS EPISCOPVS, Servorum Dei: (1) Dilectis filijs Magistro, & Fratribus domus Sancti Iuliani de Pereiro, Cisterciens. Ordinis, Civitatens. Diœcesis, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Licet Salvator noster, de cuius munere venit, ut sibi a fidelibus suis, dignè, & laudabiliter serviatur, de abundantia pietatis suæ, quæ merita supplicum excedit, & vota, servis suis multò maiora retribuat, quam valeant promereri. Nos tamen nihilominus desiderantes reddere Domino populum acceptabilem, fideles Christi, ad complacendum, & remissionibus, & indulgentijs Apostolicis, quasi quibusdam illectivis præmijs invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores. Sanè cum immen-

Concordat.
Num. 1.

sam habeat charitatem, qui suam ponit animam pro amicis, & ipsa sit, quæ multitudinem operit peccatorum: Nos de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, ac ea, quam nobis concessit, auctoritate confisi, Militibus, & peditibus vobiscum terram Saracenorum intrantibus, & decedentibus in prælio oro Christi & Christianitatis amore, plenam suorum peccatorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, veniam indulgemus. Dat. Lateran. ij. Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri anno duodecimo.

An. 1239

GREGORIUS IX.

Omnia bona Magistro del Pereiro, à Magistro de Calatrava collata, iuxta contractum initum, confirmat.

Concordat.

Num. I.



REGORIUS EPISCOPVS, Servus servorum Dei: Dilectis filijs Magistro, & Fratribus domus de Pereiro, Cisterciens Ordinis, Salutem, & Apostolicam benedictionem. (1) Cùm à Nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tām vigor æquitatis, quām ordo exigit rationis, vt id per solitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Cùm igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram Nobis, Magister & Conventus de Calatrava quasdam possessiones, & res alias, ad eos in Regno Legionen spectantes, vobis provida deliberatione duxerint concedendas, prout in authentico inde confessio dicitur pleniū cōtineri, Nos vestris precibus inclinati, possessiones, & alias res prædictas, sicut eas iuste, ac pacifice possidetis, vobis, & per vos domui vestri de Pereiro, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotētis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Lateran. ij. Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri anno duodecimo.

An. 1239

GRE-

GREGORIVS IX.

i Prohibet Episcopos excommunicationem ferre in eos, qui emptione, venditione, atque alijs modis Fratribus communicant.



REGORIVS EPISCOPV S, Servus servorum Dei: Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Compostellanen, & Suffraganeis eius, Salutem, & Apostolicam benedictionē. Querelam dilectorum filiorum Magistri, & Fratrum domus Militiae del Pereiro, Cisterc. Ordinis, recepimus, continentem, quod quidam vestrum, & vestrorum officiales, cum in eos, & alios eiusdem Militiae Fratres non possint excommunicationis, suspensionis, & interdicti proferre sententias, eo quod super haec Apostolicæ Sedis privilegijs (A) sunt muniti, in eos, qui molunt in molendinis, & coquunt in furnis eorum, quique vendendo, seu emendo, aut alias eis communicant, sententias proferunt memoratas, & sic Apostolicorum privilegiorum, non vim & potestatem, sed sola verba servantes, Fratres ipsos quodammodo excommunicant, dum eis, alios communicare non sinunt: ex quo illud etiam evenit inconveniens, ut predicti Fratres, quantum ad hoc, iudicentur iudicio Iudæorum, & qui eis communicant in predictis, maiorem excommunicationem incurront, quam etiam excommunicatis communicati fuerant incursum. Nolentes igitur, haec crebris clamoribus iam perlata, vltius sub dissimulatione transire, universitatem vestram monemus, & hortamur attentè, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus huiusmodi sententias in fraudem privilegiorum nostrorum de cætero non feratis, quia si super hoc ad nos eorum clamor ascenderit, non poterimus conniventibus oculis transfire, quin promulgatores talium sententiarum severitate debita castigemus. Dat. Lateranen. ij. Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri anno quartodecimo.

Concordat

A Lut. III
fol. 6. n. 3.

An. 1241

INNOCENT. IV.

I Indulget Magistro, & Fratribus de Pereiro, ut ad præstationem alicuius
subsidij, vel collectæ minimè teneantur.

Concordat.
Num. 1.



INNOCENTIVS EPISCOPVS, Servus ser-
vorum Dei. Dilectis filijs (1) Magistro, & Fra-
tribus Militiæ Calatravenf. Cisterciens. Ordini-
nis, Salutem, & Apostolicam benedictionem.
Ad Crucifixi gloriam, & Christianæ Reli-
gionis augmentum, exterminationi gratis
odientium cultum eius viriliter vos insistere,
damna rerum, & personarum pericula, velut Christi athletas
fortissimos, nullatenus evitando, diligentius attendentes, & de-
cens arbitrantes, ac debitum, ut Nos specialis favoris, & gra-
tiæ munere prosequamur, authoritate vobis præsentium indul-
gemus, (2) ut de bonis, ad communem mensam vestram spe-
ctantibus, ad præstationem alicuius subsidij, vel collectæ, com-
pelli, sine speciali mandato nostro, minimè valeatis, plenam
faciente de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omnino
hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis infringere,
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem attentare hoc
præsumperit, indignationem Omnipotētis Dei, & Beatorum
Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat.
An. 1246 Lugdun. xvij. Kal. Iunij, Pontificatus nostri anno quarto.

ALEXANDER IV.

I Magistrum, & Fratres de Pereiro à solutione procurationis prorsus
exitim.

Concordat.
Num. 1.



ALEXANDER EPISCOPVS, Servus ser-
vorum Dei: Dilectis filijs (1) Magistro, & Fratribus
Monasterij de Pereiro, & Alcantara, Cisterc. Or-
dinis, Cauriens. Diœces. Salutem, & Apostolicam
benedictionem. Devotionis augmentum vobis,
Deo propitio, provenire confidimus, si super his quæ dignè cu-
pi-

pitis, Nos benignos ad gratiam habeatis. Sanè significantibus
 olim Nobis dilectis filijs Abbatie Cisterciens. eiusque Coabba-
 tibus, & Conventibus vniuersis Ordinis Cisterc. accepimus,
 quòd licet Legati, & Nuntij Sedis Apostolicae, ac etiam Diœ-
 cesani locorum, Archiepiscopi, & Episcopi, ac alijs Ecclesiarum
 Prælati, quotiens ad Monasteria, & domos ipsius Ordinis diver-
 tunt, honeste admittantur in eis, & charitativè tractentur, quā-
 doque tamē ijdem Diœcesani, & Prælati, authoritate propria,
 interdum verò ijdem Legati, & Nuntij, prætextu litterarum
 præfatæ Sedis, in quibus aliquando continetur, quòd ab exep-
 tis, non obstante aliqua indulgentia, Cisterciensibus, vel alijs
 quibuscumque concessa, in procuratione pecuniaria providea-
 tur eisdem, Procurationem huiusmodi, & alia plura, contra in-
 dulta, quæ prædicta Sedes concessit eisdem Abbatibus, & Con-
 ventibus communiter, vel divisim, ab eis, & prædictis Mona-
 sterijs, ac domibus exigere, & extorquere, ac alias, ipsos, & di-
 cta Monasteria, seu domos multipliciter molestare præsumūt:
 in ea interdum, & personas ipsorum suspensionis, & excomini-
 nationis sententias proferendo, in eorum præiudicium, & di-
 cti Ordinis detrimentum. (2) Propter quod, nos eisdem Abba-
 tibus, & Conventibus duximus indulgendum, vt præfatis Le-
 gatis, & Nuntijs per prædictas, seu quascumque alias litteras
 Sedis eiusdem, ac etiam prædictis Archiepiscopis, & Episco-
 pis, seu Prælatis in procuratione pecuniaria respondere mini-
 mè teneantur. Decrevimus quoque, quòd huiusmodi senten-
 tiæ, si quas in præfatos Abbates, & Conventus, vel ipsorum ali-
 quem taliter contingeret promulgari, essent irritæ penitus, &
 inanes, (3) Cum autem, prout dilectus filius noster Ioannes, ti-
 tulis sancti Laurentij in Lucina, Presbyter Cardinalis, exposuit
 coram Nobis, in Monasterio vestro, ab initio suæ fundationis
 Cisterciensis Ordo institutus fuerit, & semper etiam observa-
 tus, vosque sub obedientia, & visitatione Generalis Cistercien.
 Capituli maneat, Nos intuitu ipsius Cardinalis, vestris sup-
 plicationibus annuentes, indulgentia huiusmodi præfatis Ab-
 batibus, Conventibusque concessa (quam ad vos extendi volu-
 mus) vti liberè valeatis, vobis authoritate præsentium indul-
 gemus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam no-
 stræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire.
 Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Om-
 nipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius
 se noverit incursum. Datis Agnaniæ Kalend. Decembris,
 Pontificatus nostri anno quarto,

Num. 2.
Alex. IV.
fol. 36.n.2

Num. 3.
Alex. IV.
f. 37.n.3

An. 1257

ALEXANDER IV.

Conservatoriam concedit.

Concordat.



LEXANDER EPISCOPVS, Servus ser-
vorum Dei: Venerabilibus Fratribus Archi-
episcopis, & Episcopis, ac dilectis filijs Abba-
tis, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archi-
presbyteris, & alijs Ecclesiarum Prælatis, ad
quos litteræ istæ pervenerint. Salutem, & Apo-
stolicam benedictionem. Cūm Abbates Cisterciens. Ordinis,
tempore generalis Concilij congregati, vt Ecclesiasticorum
privilegiorum suorum, Ecclesiæ vterius minimè gravaren-
tur, ad commonitionem fœlicis recordationis Innocentij Pa-
pæ prædecessoris nostri, statuerint, vt de cætero Fratres ip-
sius Ordinis, nisi pro Monasterijs de novo fundandis, non emāt
possessiones, de quibus decimæ debentur Ecclesijs: & si pro Mo-
nasterijs de novo fundandis, tales possessiones pro fidelium
devotione collatæ eis fuerint, aut emptæ, committantur alijs
excolendæ, à quibus Ecclesijs decimæ persolvantur, dictus præ-
decessor noster statutum huiusmodi gratum habens, & ratum,
decrevit, vt dicti Fratres, de alienis terris, & ab eo tempore ac-
quirendis, etiā si eas proprijs manibus, aut sumptibus excolat,
decimas persolvant Ecclesijs, quibus ratione prædiorum ante
solvebantur, nisi cum ipsis Ecclesijs aliter ducerent componē-
dum. Quod, & ad alias regulares, qui similibus gaudent privi-
legijs, extendi voluit & mandavit, vt Ecclesiarū Prælati prop-
tiores, & efficaciores existerent ad exhibendū eis de suis male-
factoribus iustitiæ complementum, eorumque privilegia dili-
gentiū & perfectiū observarentur. Sed quod dolentes referi-
mus, in cōtrarium res est versa, quia sicut ex gravi querela di-
lectorum filiorum Magistri, & Fratrum de Pereiro, & Alcanta-
ra, Cisterc. Ordinis, Caurien. Diœcef. frequenter audivimus,
nonnulli Ecclesiarum Prælati, & alij Clerici, eorumque privilegia
temerè contemnentes, malitiosè ipsorum pervertere intelle-
ctum, eosdem multipliciter inquietant. Nam cūm sit ipsis in-
dultum, vt de novalibus, quæ proprijs manibus, aut sumptibus
excolūt, sive de hortis, virgultis, & pīscationibus suis, vel suorū
animalium nutrimentis, nullas ab eis decimas exigere, vel ex-
tor-

torquere præsumant, quidam perverso intellectu conficto, dicentes, quod hæc non possunt, nec debent intelligi, nisi de his, quæ sunt ante generale Conciliū acquisita, ipsos super his multiplici vexatione fatigant. (1) Nos igitur eorum quieti, paterna solicitudine providere volentes, universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus dictos Fratres à præstatione decimarum, tam de possessionibus habitis ante Concilium memoratum, ante quod suscepserunt eiusdem Ordinis instituta, quam de novalibus suis, sive ante, sive post idem Concilium acquisitis, quæ proprijs manibus, aut sumptibus excolunt, de quibus novalibus aliquis hactenus non percepit, necnon de horis, virgultis, & punctionibus suis, de suorum animalium nutrimentis, singuli vestrum servetis omnino immunes. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Anagniæ tertio Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno quarto.

Num. I.

An. 1257

ALEXANDER IV.

I A solutione decimarum, bonorum post Concilium generale de manibus Sarracenorum erectorum, Magistrum, & Fratres liberos facit,



LEXANDER EPISCOPVS, Servus servorum Dei: Dilecto(1) filio de Alcantara, & de Pereiro, Monasterij Magistro, eiusq; Fratribus, Cisterc. Ordinis, Caurienf. Diœcef. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Devotionis augmentum vobis, Deo propitio provenire confidimus, si super his, quæ dignè cupitis, nos invenisse benevolos gaudeatis. Sanè referente dilecto filio nostro Ioanne, tituli Sancti Laurentij in Lucina, Presbytero Cardinali, acceptimus: quod vos ad impugnandū hostes Fidei, non sine magno personarum, & rerum vestrarum discrimine, magnanimititer insistentes, salinas, molendina, argenti vivi fodinas, oliveta, & quædam alia bona, post generale Concilium acquisivisti de manibns Paganorum: aliqua verò similia bona charissimus in Christo filius noster Rex Castellæ, ac Legionis Illustris, erpta de manibus Paganorū, prout expectabat ad eum, intuitu obsequiorum, quæ in expugnatione dictorum hostium impendisti eidem, vobis in perpetuum liberali contulit pietate.

Concordat:
Num. I.

Quia

Num. 2.
Martin. V.
f. 44. n. 1.

(2) Quia verò de præmissis, prout afferitis, nullo vñquam tēpore fuerint alicui decimæ perfolutæ, nos intuitu præfati Cardinalis, supradicta vestra dispendia, in aliquo relevare volentes, vt decimas de provétibus illorum ex bonis prædictis, quæ iustè, ac pacificè obtinetis, & de quibus adhuc solutæ decimæ non fuerunt, nulli teneamini exhibere, vobis authoritate præsentium indulgemus, districtiūs inhibentes, ne quis decimas hū iusmodi a vobis exigere, vel extorquere præsumat. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotētis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Anagniæ ij. Kalend. Februar. Pontificatus nostri anno quinto.

An. 1258

ALEXANDER IV.

¶ Magistro, & Fratribus de Pereiro concedit, vt à proprijs Monasterijs per litteras Apostolicas vltra duas dietas, in causam trahi non possint.

Concordat.

Num. 1.



LEXANDER EPISCOPVS, Servus servorum Dei: Dilectis (1) filijs de Calatrava, & de Alcantara, Monasteriorum Magistris, eorumque Fratribus, Cisterciens. Ordinis, Toletan. & Cauriens. Dicecef. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Devotionis augmentum vobis, Deo propitio provenire confidimus, si super his, quæ dignè cupitis, Nos invenisse benevolos gaudeatis. Sanè Sedes Apostolica circa Ordinem vestrum, profuis claris meritis dirigens affectum benevolentie specialis, ac propter hoc volens illorum obviare malitijs, & versutijs, qui eiusdem Ordinis professores nequirit inquietant, Abbati Cisterciens. eiusque Coabbatibus, & Conventibus vniuersis Cisterciens. Ordinis, dicitur indulſiſle, quod vltra duas dietas à proprijs Monasterijs per litteras Apostolicas trahi non possint in causam, nisi litteræ ipsæ de indulgentia huiusmodi fecerint mentionē. (2) Cum autem sicut dilectus filius noster Ioann. tituli Sancti Laurentij in Lucin. Presbyter Cardinalis, Nobis exposuit, in Monasterijs vestris, ab exordio suę fundationis dictus Or-

Num. 2.

Ordo Cistercien institutus fuit, & semper etiam obſervatus, vosq; ſub obedientia, & viſitatione Generaliſ Capituli Cistercienſ exiſtatiſ. Noſ obtentu ipſius Cardinaliſ veſtris ſupplicationibus inclinati, vt indulgentia huiuſmodi, præfatiſ Abbatiſ, & Conventiſ confeſſa, quam ad vos extendi volumuſ, uti, & gaudere libere valeatiſ, vobis authoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginā noſtrā confeſſionis iſtrinſere, vel ei auſu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotētiſ Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſum. Dat. Anagniæ ij. Kalend. Februari. Pontificatus noſtri anno quinto.

An. 1258

ALEXANDER IV.

Prioribus de Alcantara indulget, ut Fratribus beneficium absolutionis, & diſpenſationis ab excommunicatiōne & irregularitate Valeant impertiri, ipſi que Priores à Diocesano obtinere.



LEXANDER EPISCOPVS, Servus ſer-
vorum Dei: Dilectis filijs Magistro, & Fra-
tribus de Alcantara, Cistercienſ. () Ordiniſ,
Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. De-
voſtionis augmentum vobis, Deo propitio,
provenire confidimur, ſi ſuper hiſ, quaꝝ pie cu-
pit is, Nos benignos ad gratiam habeatis.

Concordat.

Num. 1.

Sanè referente dilecto filio noſtro Ioann. tituli S. Laurentij in Luin. Presb. Gardin. didicimus, quod Noſ, olim dilectis filijs Abbatibus Cistercienſ. eiusque Coabbatibus Cistercienſ. Ordiniſ, per noſtras litteras, ſub certa forma coceſſimus facultatē, vt ſinguli eorum, in Conventiſ ſibi commiſſis, Fratribus eo-
rum conſtitutiſ ibidem, absolutione, ac diſpenſatione indigen-
tibus, ſive priu quā Ordinem intrarent, ſive poſtea in caſib⁹,
in quibus incurruunt excommunicatiōnis ſententiā, & notam
irregularitatiſ, excoſſerint, de conſilio diſcretorum Fratrum
ſuorū, qui literati ſint, & Deum timentes, impertiri poſſint
absolutionis beneficium, & cum eis etiam diſpенſare, niſi adeo
gravis fuerit, & enorū excoſſus, propter quē fuerit ad Sedē
Apoſtolicam deſtinandus. Diocesanis quoque illorum, per lit-
teram te-

teras ipsas duximus concedendum, ut absolutio, & dispensatio huiusmodi, ab eis obtineri valeat, cum eisdem Abbatibus, vel alicui eorum, fuerit opportunum. Quare idem Cardinalis instanter a nobis petijt, ut cum in Monasterijs vestris, ab exordio suae fundationis dictus Ordo Cisterciensis institutus fuerit, & semper etiam observatus, vosque sub obedientia & visitatione Generalis Capituli Cisterciensium existatis, vos gaudente concessione simili, de solita Sedis Apostolicæ clementia, faceremus. Nos itaque ipsius Cardinalis obtentu, presentium vobis auctoritate concedimus, ut quandiu predictum observaveritis Ordinem, & sub obedientia, & visitatione Capituli praefati manferitis, Piores vestri, qui, sicuti assuritis, Sacerdotes existunt, vobis, ac Dioecesani locorum eisdem Prioribus, de absolutione, & dispensatione huiusmodi, iuxta præmissam formam, valeat providere. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentiis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Anagnæ xv. Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri anno quinto.

An. 1258

ALEXANDER IV.

I Magistros, & Fratres de Pereiro immunes facit a collectis, subsidijs, & alijs exactiōnib; à Sede Apostolica, vel eius Legatis imponendis.

Concordat.



LEXANDER EPISCOPVS, Servus servorum
Dei: Dilectis filiis Magistro, & Fratribus Monasterij de Pereiro, & Alcantara, Cisterciens. Ordin. Cauriens. Dioceſ. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Devotionis augmentum, nobis Deo propitio provenire confidimus, si super his, quæ dignè cupitis, Nos benignos ad gratiam habeatis. Sanè dilectis filiis Abbatibus Cisterciens. eiusq; Coabbatibus, & Conventibus universis

Num. 1. Cisterciens. Ordin. per nostras litteras dicimur indulſisse (1) ut A. Innocet. ad præstationem aliquarū collectarum, (A) subsidiarū, & aliarum exactiōnum, eis, & domibus suis imponendarum à Sede Apostolica, seu Legatis eius, aut ipsorum authoritate, vel mandato, non teneantur, per litteras ipsius Sedis, quas super hoc nullo

IV. fol. 31.

num. 2.

nullo modo dare proponimus, aut Legatorum eius, quæ de indulto huiusmodi, & eodem Ordine plenam, & expressam non facerent mentionem. (2) Decrevimus quoque suspensionis (B) vel interdicti, aut excommunicationis sententias, si quas occasione præmissorum in eosdem Abbates, & Conventus, vel ipsorum aliquos, promulgari contigerit, penitus non tenere. Cum autem prout dilectus filius noster Ioann. tituli S. Laurentij in Lucin. Presbyter Cardinalis, exposuit coram Nobis, in Monasterio vestro, ab initio suæ fundationis, Cisterciens. Ordo institutus fuerit, & semper etiam observatus, vosque sub obediëtia, & visitaione Generalis Cisterc. Capituli maneatis. (3) Nos intuitu ipsius Cardinalis, vestris supplicationibus annuentes, ut indulgentia huiusmodi, præfatis Abbatibus, Conventibusque concessa, (C) quam ad vos extendi volumus, vti liberè valeatis, vobis authoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotëtis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Anagniæ v. Kalend. Ianuarij, Pontificatus nostri anno quinto.

III. M. A.
E. u. d. b.
Num. 2.
B Sup. fol.
31.n.2.

Num. 3.

C Supr. f.
31.n.3.

An. 1258

ALEXANDER IV.

I Nullus Prælatus excommunicationis sententiam ferre potest in Capellanos, familiares, benefactores Militiae de Pereiro, neque in eos, qui aliquo modo cum eis communicant, emptione, & venditione.

ALEXANDER EPISCOPIVS, Servus servorum Dei: Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Monasterij de Pereiro, & Alcantara, Cisterciens. Ordinis, Cauriensis Dioecesis, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Devotionis augmentum Nobis Deo proprie
tio provenire confidimus, si super his, quæ dignè cupitis, Nos benignos ad gratiâ habeatis. (1) Sanè significantibus olim nobis dilectis filijs Abbatte Cisterciens. eiusque Coabbatibus, & Conventibus universis Cisterciens. Ordinis, accepimus, quod nonnulli Ecclesiarum Prælati, eorum libertatibus invidentes,

D. cùm

Concordat.

Num. 1.

A Lut. III
ol. 6. n. 3.

cum tamen ex indulto (A) Apostolicæ Sedis, non liceat in dictos Abbates, & Conventus, vel personas ipsius Ordinis, excommunicationis, vel interdicti sententias promulgare, in Capellanos, Familiares, & benefactores eorum, ac illos, qui molunt in molendinis, vel coquunt in furnis ipsorum, quique vendendo, vel emendo, vel alias eis communicant, sententias proferunt memoratas: sicque non vim, & potestatem privilegiorum ipsorum, sed sola verba servantes, dictos Abbates, & Conventus, quodammodo excommunicant, dum ipsis alios communicare non sinunt: maximè, quia ex hoc, videntur iudicari iudicio Iudæorum, & etiam illud evenit inconveniens, quod illi, qui eis communicant in prædictis, maiorem excommunicationem incurvant, quam communicando excommunicatis, fuerant incursum: propter quod, Nos, per nostras litteras duimus inhibendum, ne quis Prælatorum ipsorum, huiusmodi sententias in fraudem privilegiorum Sedis Apostolicæ promulgare præsumat. Decrevimus autem, sententias ipsas, si per præsumptionem cuiuspiam, eas taliter promulgari contigerit, irritas, & inanæ. Cum autem prout dilectus filius noster Ioannes, tituli Sancti Laurentij in Lucin. Presbyter Cardinalis, exposuit coram Nobis, in Monasterio vestro ab initio suæ fundationis, Cisterciens. Ordo institutus fuerit, & semper etiæ observatus, vosque sub obedientia & visitatione generalis Cisterciens. Capituli maneatis. (2) Nos intuitu ipsius Cardinalis, vestris supplicationibus annuentes, autoritate præsentium inhibemus, ut nullus Prælatorum prædictorum, in communicantes vobis super præmissis, similes sententias in fraudem privilegiorum ipsorum audeat promulgare. Nos enim nihil omnino sententias huiusmodi, si per cuiuspiam præsumptionem taliter latæ fuerint, irritas decernimus, & inanæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ inhibitionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotenti Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Anagniæ ij. Kalend. Decembris, Pontificatus nostri anno quinto.

Num. 2.
Martin. V
fol. 44. n. i

An. 1258

CLEMENS IV.

Eleemosynam largientibus Hospitali, viginti dieram indulgentiam con-
cedit.



LEMENS EPISCOPVS, Servus servorum Dei: Universis Christi fidelibus per Salamatiū. Civitateū. & Caurieū. Civitates & Dicēceses constitutis, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Quoniam, vt ait Apostolus, omnes stabimus ante Tribunal Christi, recepturi prout in corpore gesimus, sive bonū fuerit, sive malū: oportet nos diē messionis extremā, misericordiæ operibus prævenire, ac æternorū intuitu, seminare in terris, quod, reddente Domino, cū multiplicato fructu recolligere debeamus in cœlis, firmā spem, fiduciamq; tenentes: Quoniam qui parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitā æternā. Cū igitur sicut dilecti filij Magister, & Fratres domus Militiæ de Pereiro de Alcantara, Cisterciens. Ordinis, Cauriens. Dicēcef. Nobis significare curarūt, Hospitale ipsorū de Pereiro in honorem Beati Iuliani constrūctū in frōtaria paganorū, adeo tenues habeat facultates, quod ex eis, fideles à paganis huiusmodi sèpius vulnerati, pueri clā projecti, & alij pauperes ac infirmi, quorū illuc frequens multitudo confluit, nequeant yitæ necessarijs ministrari. Universitatē vestram rogamus, & hortamur in Domino, in remissione vobis peccaminū iniūgentes, quatenus de bonis vobis à Deo collatis, pias ad hoc eleemosynas, & grata charitatis subsidia erogetis, vt per subventionē vestram, ipsorum inopiæ cōsulatur, & vos per hæc & alia bona, quæ, inspirante Domino, feceritis, ad æternę possitis fœlicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorū Petri, & Pauli Apostolorū eius auctoritate confisi, omnibus verè pœnitentiibus & confessis, qui ad id manū porrexerint charitatis, virginis dies de iniuncta sibi pœnitentia, misericorditer relaxamus, præsentibus post triennium minimè valituris, quas mitti per quæstuarios districtius inhibemus, eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. Dat. Perusij iv. Kalend. Decembris, Pontificatus nostri anno primo. Locus ✠ plumbi.

Concordat.

Concordat
NI. 1265
1265. 10. 1265

An. 1265

BENEDICTVS XIII.

Indulget Priori de Alcantara, ut Magistrum, & Fratres absolvat ab excommunicationibus Apostolicæ Sedi reservatis, & in irregularitatibus dispensem.

Concordat.

Alex. IV.
fol. 35.n.1

BENEDICTVS EPISCO PV S, Servus servorum Dei: Dilecto filio Priori Monasterij Sancti Benedicti de Alcantara, Cauriens. Dicecef. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Sedis Apostolicæ cōpiosa benignitas, ad ea libenter præbet assensum, per quæ animarū saluti consulatur, & eorum periculis obvietur. Sane petitio pro parte dilectorū filiorū Magistri, & Fratrum Militiæ de Alcantara, Cisterciens. Ordinis, Nobis exhibita continēbat, quod licet ipsi, & aliæ personæ Religiose Militiæ, & Ordinis prædictorum, secundum Regulam S. Benedicti vivere teneantur; tamen propter assiduam exercitationem armorū, & alias, propter negligētiā, eam in multis casib⁹ non observaverint hactenus, nec obseruent, quin potius illam transgressi sunt, & transgredi non verentur; homicidia, & alia varia crimina, delicta, & excessus, quorū absolutio Sedi Apostolicæ reservata fore dignoscitur, perpetrando, propter quæ excommunicationis sententiās, & alias diversas pœnas, etiā pecuniarias incurrerūt, irregularitatis quoque maculā contraxerunt, & quotidie incurrere, atque contrahere dignoscuntur. Quare pro parte eorundem Magistri, & Fratrū, fuit Nobis humiliter supplicatū, vt cum eis valde reddatur difficile pro obtinēda absolutione abhuiusmodi sententijs, & pœnis, ad Sedem Apostolicā habere recursum, providere eis in præmissis de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, (1) qui salutem cunctorū fidelium desiderāter appetimus, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretione vestræ per Apostolica scripta committimus, & mādamus, quatenus prædictos Magistrum, & Fratres, ac personas, omnesque & singulos ex eisdem, qui dictas pœnas, & sententiās, propter huiusmodi crimina, delicta, & excessus, forsitan incurrerūt hactenus, vel eos incurrere contigerit in futurū, si hoc humiliter petierint, à pœnis, & sententijs, ipsis (dummodo ad instantiam partis excommunicati non fuerint) super quo tuam con-

Num. 1.

ANNO 1246 A.

BE-

15

con-

conscientiam oneramus, authoritate nostra absolvias in forma Ecclesiæ consueta: omnemque irregularitatis maculâ sive notâ, quam dicti (2) Magister, & Fratres, ac personæ, seu aliqui ex eis, celebrando divina, vel immiscendo se illis (non tamen in contemptū clavium) contraxerint, vel contrahent in posterū, aboleas, authoritate prædicta, iniunctis eis pro modò culpæ pænitentia salutari, & alijs, quæ de iure fuerint iniungenda. Constitutionibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus, ac stabilimentis Militiæ, & Ordinis prædictorum, & alijs contrarijs non obstantibus quibuscumque. (3) Volumus autē, quod si dicti Magistri, & Fratres, ac personæ, ex confidentia commissionis huiusmodi, aliqua forte commiserint, quoad prædicta taliter confidentes, commissio ipsa nullatenus se extendat. Dat. Barchinon. vij. Kalend. Martij, Pontificatus nostri anno sextodecimo.

Num. 21

Num. 33

An. 1409

BENEDICTVS XIII.

Antiquum Habitum in Crucem viridem communat.

BENEDICTVS EPISCOPVS, Servius servorum Dei; Dilectis filijs Magistro, & Tribus universis Militiæ de Alcantara, Cisterciens. Ordinis, Cauriens. Dioeces. Salutem, & Apostolicam benedictionem. (1) Devotionis vestræ synceritas, qua Nos & Romanam reveremini Ecclesiam, & opera commendanda, quæ pro Saracenorū impugnanda perfidia, & Christianorū Religionis protectione impenditis, non indignè merentur, vt Apostolica Sedes petitionibus vestris se favorablem exhibeat, & gratiosam. Ex serie squidem Nobis nuper oblatæ petitionis acceperimus, quod iuxta Regularia Cisterc. Ordinis, eius professores existitis, instituta (vt de statu & conditione vestræ Militiæ de Alcantara planius appareat) quædā scapularia vestris superioribus vestibus recondita, cum quibusdam caputijs, ab eisdem scapularibus indivisis, super vestes prædictas apparentibus, deferre consuevistis, & quod ex delatione caputiorū huiusmodi, Militia prædicta non discernitur, nec habetur, saltim sicut diceret, & vobis opportunum existeret, plenaria notitia, nec de vobis ab alijs Militibus sæcularibus cōpetens divisio designatur.

Concordat.

Num. 1

tur, imò ex delatione captiorum huiusmodi, vobis in armis contra Sarracenos, pro quorum impugnatione dicta Militia instituta existit, exercendis, paratur tædiū & gravamē. (2) Cū

Num. 2. autem, sicut eadem petitio subiungebat, vos propterea deside ratis, Caputia ipsa, à Scapularibus huiusmodi separari, & ipsa Caputia perpetuò deferere, & eorundē Caputiorū loco, signū Crucis, per quod dicta Militia liquidiū pateat, & Sarracenos eiusdem Crucis inimicos, valeatis fidentius & devotius debella re, pro parte vestra, nobis fuit humiliter supplicatū, vt vobis concedere, quòd Caputia huiusmodi dimittere valeatis, & eorum loco signum Crucis viridis coloris in paruo panno, vestimentis vestris superioribus, in sinistra parte pectoris affigen dum (sicut superioribus annis Militiæ de Calatrava, rubei coloris deferre, concessimus) gestare, de benignitate Apostolica dignaremur. (3) Nos igitur, cupientes vos in huiusmodi deside rijs vestris salubriter confovere, huiusmodi supplicationibus inclinati, vt vos & singuli vestrum, dicta Caputia dimittere possitis, ita quòd loco ipsorū, signū Crucis prædictum, in colore & panno prædictis, & in quantitate, & qualitate, quas præ sentibus depingi fecimus, & non aliàs, assumere & gestare te neamini, vt præfertur. Quibuscumque statutis & consuetudinib; Monasterij Cistercien. Matisconen. Diœces. & memoratae Militiæ, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumq; firmitate alia roboratis, cōtrarijs, nequaquam obstantibus, de votio ni vestræ, Apostolica auctoritate tenore præsentium indulgemus. Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel aliter ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotētis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Barcinonæ ix. Kalend. Aprilis,

An. 1410

Pontificatus nostri anno decimo septimo.

MARTINVS V.

Omnis immunitates a Romanis Pontificibus, & Regibus Ordini concessas, confirmat.

Concordat.

MARTINVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei: Dilectis filijs Magistro, & Fratribus domus Militiæ de Alcantara, Cauriens. Diœces. Salutem, & Apostolicam bene-

benedictionem. Cùm à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri, ad debitum perducatur effectum.
 (1) Eapropter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus, grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, aut alias indulgentias vobis, & Domui vestræ concessas, necnon exceptiones secularium exactiorum, à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi fidelibus, rationabiliter vobis, & præfatæ domui concessas, & indultas, sicut eas iuste, & pacifice possidetis, vobis, & per vos, eidem domui, authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & communionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Constantij vj. Kalend. Februarij, Pontificatus nostri anno primo.

Num. 1

An. 1427

MARTINVS V.

I. A solutione decimarum Magistrum, & Fratres liberos facit.



MARTINVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Laudanda Sedis Apostolicæ rectitudo, quæ in suis actibus provida circumspectione dirigitur, illos, non inmerito gratia, & favore prosequitur, quos ad defensionem, & dilatationem Catholicæ Fidei, necnon hostium illius exterminationem, sincerae devotionis zelum, habere cognoscit, necnon quæ eis alias per eandem Sedem provide concessa sunt, seu alias rationabiliter possident, vt illibata persistant, libenter cùm à Nobis petitur, Apostolicæ confirmationis munimine roboramus. Sanè pro parte dilectorum filiorum Ioannis, generalis Magistri, & maioris, necnon vniversorum Militum, & Præceptorum Militiæ de Alcantara, Cisterciens. Ordinis, in Regno Castellæ, terras, villas, & castra, & loca sibi subiecta habentium, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod perceptio omnium decimarum, tam personatum,

Concordat,

quam

quām prædialium , ex eisdem sibi subiectarum , & alijs terris, villis, & locis in eodem Regno existentibus, in quibus , beneficia Ecclesiastica obtinent, proventuum, de antiqua , & approbata, & hactenus pacifice observata consuetudine , & etiam à tanto tempore, cuius contrarij memoria non existit , necnon ex Apostolico privilegio(A) cui non extitit in aliquo derogatum, ad præfatos Magistrum , Milites , & Præceptores pertinet, quodq; ipsi sunt in pacifica possessione, vel quasi iuris percipiendi decimas, & illas perceperint, & collegerint, ac percipient, & colligant pacifice & quiete de præsenti. Et sicuti eadem petitio subiungebat, idem Magister, Milites , & Præceptores timeant , se, super eisdem decimis , & iure percipiendi easdem, in posterum posse molestari , pro parte ipsorum fuit Nobis humiliter supplicatum, vt pro maiori eorum securitate, ius decimandi, & percipiendi decimas huiusmodi , confirmare, de speciali gratia dignaremur. (1) Nos igitur sperantes, quod præfatorum Magistri, Militum, & Præceptorum eadēni devotio ad defensionem, & dilatationem prædictas feruentius augeatur, quò maiori fuerint per Nos favoribus, & gratijs cōmuniti, huiusmodi supplicationibus inclinati , ius decimandi, & percipiendi , ac colligendi decimas huiusmodi , prout ipsi Magister, Milites, & Præceptores iustè, & rationabiliter possident, authoritate Apostolica tenore præsentium cōfirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & communionis infringere , vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omni potentis Dei, & Beatorum Petri , & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Genezani Penestim. Dicēces. viij. Kalend. Septembbris, Pontificatus nostri anno nono.

An. 1425

MARTINVS V.

I Concedit , posse Magistrum Religiosos , vel Clericos præsentare ad beneficia.

Concordat.
Num. 1.

MA R T I N V S E P I S C O P V S , Servus servorum Dei: Dilecto filio officiali Salamantin. Salutem, & Apostolicam benedictionem. (1) Personam dilecti filij Ioannis de Sotcmayor, Militis generalis Magistri Militiae de Alcantara, Cister-

Cistercién. Ordinis, Nobis & Apostolicæ Sedi devotā, suis exi-
gentibus meritis, paterna benevolentia prosequentes, illa sibi
& Magistris dictæ Militiæ successoribus, favorabiliter cōcedi-
mus, per quæ personis & Fratribus dictæ Militiæ, se reddere va-
leant gratiosos. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte di-
cti Ioannis Magistri petitio continebat, quod in Regno Castel-
læ nonnulla Ecclesiæ, Capellæ, & Beneficia de iure patronatus,
& ad præsentationē Magistri existentis, pro tempore existunt,
ad quæ de antiqua & approbata, ac hactenus pacifice observa-
ta consuetudine, dum vacant, Magister pro tempore præfa-
tus, Presbyteros, & Clericos Seculares, in Rectores Ecclesiarū,
Capellarum, & Beneficiorum eorundem locorum, Ordinarijs
præsentare solet, ipsique Ordinarij, Presbyteros, & Clericos se-
culares prædictos, ad præsentationem huiusmodi in Rectores
Ecclesiarum, Capellarum, & Beneficiorum præfatorum, au-
ctoritate ordinaria instituere consueverint. Quare pro parte
dicti Ioannis Militis Magistri, Nobis fuit humiliter supplicatū,
vt sibi, & successoribus suis Magistris dictæ Militiæ existenti-
bus pro tempore, tam seculares Presbyteros, & Clericos, quā
Frates eiusdem Militiæ in Rectores Ecclesiarum, Capellarū,
& Beneficiorum prædicatorum, præsentare, ipsique Ordinarij,
eosdem præsentatos in Rectores huiusmodi, instituere possint,
facultatem concedere de benignitate Apostolica dignaremur.

(2) Nos itaque, qui de præmissis certam notitiā non habemus, Num. 2.
huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per A-
postolica scripta mandamus, quatenus si est ita, super quo tuā
conscientiam oneramus, præfatis Ioanni Magistro, suisque suc-
cessoribus Magistris Militiæ, qui erunt pro tempore, prædi-
ctis, vt ad Ecclesiæ, & Capellas, ac beneficia huiusmodi, dum
vacant, tam Seculaires Presbyteros, & Clericos, quā Frates
huiusmodi præsentare, ipsique Ordinarij illos, ad præsentatio-
nem eandem instituere valeant, auctoritate nostra concedas
plenam & liberam facultatem. Non obstantibus constitutio-
nibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus Militiæ,
& Ordinis prædicatorum, iuramento, confirmatione Apostoli-
ca, vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrarijs
quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctos Apostolos viij. K. a.
lendas Decembris, Pontificatus nostri anno decimo. Locus 

An. 1426

MARTINVS V.

A Alex.
III. fol. 3.
num. 4.

I Facultatem concedit Episcopo Salmant. vniendi bona, quæ Magister Ioannis de Sotomaior ex Magistrali mensa, Conventui annecti volebat.

Concordat.



Num. 1.

MARTINVS EPISCOPV S, Servus fervorum Dei: Venerabili Fratri Episcopo Salmantin. Salutem, & Apostolicam benedictionem. (1) Meditatio nostri cordis assidua, ad hoc potissimum vigilat & intendit, ut Regulares Ordines, & loca titulo Religionis insignita, continuum, praestante Domino, in spiritualibus & temporalibus suscipiant incrementum. Sanè pro parte dilecti filii Ioannis de Sotomayor, Magistri Militiae de Alcantara, Cisterciens. Ordinis, Nobis nuper exhibita petitio continebat: Quod ipse, qui felicem Militiae, & Ordinis eorundem statum, ac propagationem, synceris prosequens affectibus, apud dominum loci de Alcantara dictæ Militiae Caurens. Dioces. pro aliquibus ipsorum Militiae & Ordinis Fratribus, Ecclesiam non modicis sumptibus, & expensis fundari & cōstruī fecit, ac circa illam, necnon domus eiusdem, structuras, officinas & aedificia passim, potiores sumptus, & expensas, divina favente clementia, facere proponit, ut congruentius progressu temporis, domus conservari, ac decentius Fratres prædicti sustentari possint, eis, ultra portiones, quæ ipsis, iuxta consuetudines, & instinta dictorum Militiae & Ordinis debitæ fuerint, ius percipiendi de omnibus frugibus & vino in loco prædicto, ac sub eius capana excrescentibus, necnō de piscibus, qui in flumine Tajo nuncupato capiuntur, pro tempore decimas, ac de Tabellionatum, sive scribariarū officijs de Alcantara prædicti, ac defessa de la Moheda, dictæ Diocesis locorum, pedagijs quoque, la veintena, vulgariter nūcupatis, in ipso loco provenientia, redditus & emolumenta, ad mensam Magistri dictæ Militiae, pro tempore existentis, spectantia, applicari, appropriariq; desiderat, Apostolicæ Sedis auctoritatem super his humiliter suppli-

Num. 2.

cans impetriri. (2) Nos itaque, qui de præmissis certā notitiā non habemus, huiusmodi supplicationibus inclinati, Fraternitati tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus si est ita,

ITALIA

dicto

dicto Ioanni ius percipiendi decimas, necnon redditus & emolumenta praemissa, ab eadem mensa segregandi, ac separandi, ac ipsis domui, & Fratribus perpetuo applicandi, & appropriandi, auctoritate Apostolica licentiam largiaris: statuens & ordinans auctoritate praefata, quod illi ex Fratribus praedictis, qui decimas, necnon redditus, & emolumenta huiusmodi pro tempore perceperint, de illis, gestisque & administratis per ipsos, circa dispensationem decimarum, reddituum & emolumentorum eorumdem, coram Magistris pro tempore existentibus, & duobus antiquioribus ipsius Militiae Commendatoribus, sive Militibus, certo ad id per eos statuendo termino, singulis annis rationum calculum facerent: necnon omnia & singula, quae dictis annis, ipsorum domus & Fratrum, deductis oneribus, de praemissis decimis, redditibus, & emolumentis supererunt, pro ornamentis Ecclesiasticis, & alijs ad divinum cultum, in eadē domo necessarijs, aliasque in illius utilitatem integraliter expondere debeant, & teneantur: ac eos, ad id, necnon praefatos Magistros pro tempore existentes, ne post applicationem & appropriationem huiusmodi fiant, decimas, redditus, & emolumenta praedicta, vel aliquid ex eis, de facto usurpent, si & quoties opus fuerit, per censuras Ecclesiasticas prævia ratione compellas. Non obstantibus statutis Militiae & Ordinis praedictorum, ac huiusmodi consuetudinibus, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisq; contrarijs quibuscumque. Aut si Fratribus praedictis, vel quibusvis alijs communiter, vel divisi, à Sede Apostolica sit indulatum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbū de induleto huiusmodi mentionē. Dat Ferentini viij. Idus Septembris, Pontificatus nostri anno duodecimo. Locus ✠ sigilli.

An. 1428

C O N C I L I U M Basiliense.

SACROSANCTA generalis Synodus Basilææ, in Spiritu Sancto legitimè congregata, universalem Ecclesiam representans, ad futuram rei memoriam. Rerum ordine vniōnis con-

consequendæ gratia olim per Sacra conspecto Concilia , et si
 nōnulla per ipsam, sublatis dissidijs provide ordinata, suum mi
 nimè expleverint effectum, ne tamen id quod supereft, in reci-
 divæ contentionis scrupulum relaberetur, sed potius executio
 nis votivæ cōsequeretur optatū , partes ei nostræ solicitudinis
 impendere congruit operose. Sane nuper pro parte charissimi
 Ecclesiæ filij Ioannis, Regis Castellæ, & Legionis Illustris, nec-
 non dilecti Ecclesiæ filij Magistri generalis Ordinis Militaris
 de Alcantara in Regnis, & dominijs prædicti Regis Castellæ,
 & Legionis existētis, exhibita petitio continebat , quòd licet
 olim ipse, necnō Magistri generales eiusdē Ordinis in Regnis, &
 dominijs præfatis existētes, qui fuerūt pro tépore nōnulla for-
 talitia, castra, villas, possessiones, iura, & iurisdictiones, ac alia
 bona immobilia ab ipsis Magistrū , & Ordinem legitimè spe-
 ctantia, per certos officiarios in Regno Portugaliæ tenuerant,
 rexerant, & possederant; tamen causante execribili schismate
 in Ecclesia Dei superveniente, quòd præfata Castellæ, & Legio-
 nis, necnō Portugaliæ Regna diversis subesse obediētijs effecit,
 factum extitit, quòd fortalitia, castra, villæ, possessiones, iura,
 iurisdictiones, & alia bona huiusmodi ab eisdem Magistris, &
 Ordine alienata, distracta, ac separata fuere : & licet generalis
 Synodus Cōstantiæ schisma præfatū erradicare satagens, quæ-
 dam inter alia Capitula, inter quæ illud etiam reperitur, quòd
 omnia mēbra a suis capitibus causa schismatis separata, distra-
 cta, & alienata, eisdem capitibus vniuersitetur, & restitueretur, in-
 ter partes contendentes observanda statuisset, & ordinasset, &
 vno in Dei Ecclesia, divina cooperante clementia, extitisset
 subsecuta: tamē dicta membra Magistro præfato, ac capiti suo
 restituta, vnitæ, & reintegrata minimè existūt. Quare pro par-
 te ipsorū Regis, & Magistri Nobis fuit humiliter supplicatum,
 vt super hoc opportunè providere dignaremur. Nos igitur ea,
 quæ per dictam Synodum pro fidelium tranquillitate, & fidei
 Orthodoxæ incremēto laudabiliter ordinata sunt, summope-
 re prosequi cupiētes, huiusmodi supplicationibus inclinati, vo-
 limus, & auctoritate vniuersalis Ecclesiæ decernimus, statui-
 mus, atq; ordinamus, quòd omnia & singula fortalitia, castra,
 villæ, possessiones, atq; mēbra, ac etiā iura, iurisdictiones, & bo-
 na immobilia huiusmodi, quæ causante schismate, vt præmitti
 tur, alienata, aut separata fuerint, præfato Magistro generali
 plenariè, & realiter restituātur, vniātur, & reintegrentur, quæ
 omnia & singula præmissa eidem tanquā Magistro generali, &
 capiti auctoritate vniuersalis Ecclesiæ tenore præsentiu resti-
 tui-

tuimus, vnimus, incorporamus & reintegramus. Volētes quod
 ipse, & alij pro tempore existentes Magistri, regimen, & admi-
 nistrationem dictorum fortalitorum, castrorum, villarū, pos-
 sessionum, iurium, iurisdictionū, & aliorum bonorum in dicto
 Regno Portugaliæ huiusmodi existentium, habeant, teneant,
 regant, & possideant, prout, & quemadmodū Magistri ipsi, an-
 te exortum schisma præfatum, in ipso Regno Portugaliæ ha-
 buerunt, tenuerunt, rexerunt, & possiderunt, seu habere, tene-
 re, regere, & possidere debuerunt, & potuerūt. Et nihilominus
 venerabilibus Archiepiscopo Toletano, & Placentin. ac Oxo-
 men. Episcopis per hęc scripta cōmittimus, & mandamus, qua-
 tenus ipsi, vel duo, aut vnu eorū per se, vel aliū, seu alios, præ-
 missa executioni debitè demandantes, & solemniter publican-
 tes, faciant, quos tumq; etiam de Ordine prafato, fortalitia, ca-
 stra, villas, possessiones, iura, & iurisdictiones, ac alia bona hu-
 iusmodi tenentes, debitas obedientiam, & reverentiam, atque
 consueta servitia, prædicto Magistro, seu Administratori aucto-
 ritate præfata impedi: inducentes eundem, & pro tempore exi-
 stentes Magistros huiusmodi, vel procuratores suos, eorum no-
 minibus, in corporalem possessionem dictorum fortalitorū,
 castrorum, villarum, possessionum, iuriumque & pertinentia-
 rum prædictorum: & defendantes inductos, amotis exinde qui-
 buslibet detentoribus ab eisdem: facientes quoque eisdem Ma-
 gistris de eorundem fortalitorum, castrorum, villarū, posse-
 sionum, iuriumque & pertinentiarum huiusmodi fructibus, red-
 ditibus, proventibus, iuribus, & obventionibus vniuersis, iuxta
 id, quod in talibus ante exortū schisma huiusmodi fieri, ac ob-
 servari confueverit, integrè responderi. Contradictores per ce-
 furam Ecclesiasticā, appellatione postposita, compescēdo. In-
 vocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Nō ob-
 stantibus contrarijs quibuscumque. Seu, si aliquibus cōmu-
 ter, vel divisim à Nobis, vel Sede Apostolica, vel aliàs sit indul-
 tum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint
 per litteras non faciētes plenā, & expressā, ac de verbo ad ver-
 bum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino
 hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, constitutio-
 nis, ordinationis, restitutionis, vniōnis, incorporationis, & rein-
 tegrationis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis
 autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotē-
 tis Dei, & vniuersalis Ecclesiæ se noverit incursum. Dat. Ba-
 silææ pridie Idus Martij, anno a Nativitate Domini millesimo
 quadrageſimo trigesimo octavo.

SIXTVS IV.

I Prohibet sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, aliquem in Fratrem, vel Militem admitti, nisi de antiquo Christianorum genere ex utroque parente procreatum, irritat contra factum.

Concordat.
Num. 1.

Sixt. IV.
f. 52. n. 1.



IXTVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) Ad tutamen Catholicæ Fidei, mente semper virgili continuè attentes, ad ea nostræ cogitationis aciem assiduis curis extendimus, per quæ Fides ipsa ab hostium insidijs, & insultibus præservata, augeatur, & florescat, & in Sacra Militia Alcantaræ, quæ pro eiusdem Fidei tutella instituta (A) est, & cuius personæ retroactis temporibus, tanquā invicti Athletæ Fidem ipsam, propulsis illius hostibus, viriliter defensarunt, tales personæ constituantur, quarum fide, & labore, ac animi præstantia, Fides eadem, nedum conservetur, sed multipliciter augeatur, ipsaque Militia, earum virtutibus decorata, strenuis Militibus gaudeat se ornatam, qui, verbo & opere, illam continuis efferant incrementis. Sanè accepimus, quod licet Militia prædicta, illiusque Magistratus, ad impugnandum infideles Agarenos in partibus Africæ consistentes, ac ab illorum incursibus Orthodoxam Fidem tutandam, instituta, & propterea varijs dominijs, redditibus, proventibus, & bonis immobilibus per Catholicos Principes, & alios Fideles dotata fuerit, ac in ea quam plures Commendariæ, sive Præceptoriae existant, quæ, olim viris Fidelibus, & devotis, virtute claris, Religione conspicuis, & animo præstantibus conferebantur, quorum præstantia, & animi magnitudo ne, ac consilio maturitate Fides ipsa, ab eisdem Agarenis, & alijs infidelibus tutabatur, Religioque ipsa plurimum decorabatur. Nihilominus ab aliquibus temporibus, citra negligenciam (vt creditur, illorum, qui dictæ Militiæ præfuerunt, seu etiam temporum causante malitia, personæ minus dignæ, & ipsi Militiæ parum utiles, & interdum illi damnoſæ, in ea receptæ fuerunt. Vnde Militia ipsa, hactenus pafſa est, & patitur multa incommoda, damna pariter, & detrimenta: & nisi super hoc, per Sedem Apostolicam

de

de opportuno remedio provideatur, maiora in futurū verisimiliter est passura. (2) Nos igitur, qui Militiam ipsam, eiusque honorem, & incrementum, nostris gerimus in visceribus charitatis, ac continuè agitamus, qualiter Fides Catholica vigere, & augeri possit, quod, eiusdem Militiae, & illius personarum auxilio, & industria fieri posse confidimus, super his Apostolica solicitudine providere volentes, quod ad manutentionem Militiae predictae opus est, ut illius Milites, & Fratres Deum timant, & illi tota mente deserviant, ac illius Magistro obedientiam, & reverentiam exhibeant, motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex nostra merita deliberatione, & ex certa scientia, tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod deinceps nullus in Fratrem, vel Militem dictæ Militiae assumatur, nisi de antiquo Christianorum genere, ex utroque parente fuerit procreatus. (3) Districtius inhibentes Magistro, seu Administratori pro tempore existenti dictæ Militiae, ac illius Fratribus, sub excommunicationis poena, quam, si secus fecerint, eorum quemlibet ipso facto incurrisse, harum serie decernimus, ne aliquem contra tenorem statuti, & ordinationis huiusmodi in Fratrem, vel Militem dictæ Militiae, recipere quoquo modo præsumant: ac decernentes, quascunque receptiones, quas, contra tenorem ipsum fieri contigerit, & quemcumque pro tempore inde secuta, irrita, & inania, nulliusque fore roboris, vel momenti. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, consuetudinibus, privilegijs, & stabilimentis dictæ Militiae, iuramento, confirmatione Apostolica, vel qualibet firmitate alia roboratis, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, & inhibitionis, constitutionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio, sexto Kalend. Iulij, P̄tificatus nostri anno duodecimo.

Num. 2:

Num. 3:

An. 1483

SIXTUS IV.

I Portionem Militibus assignandam usque dum Praeceptoria donentur, ultra 200. marapetinorum prohibetur extendi.

Concordat.
Num. 1.
Sixt. IV.
fol. 50.n. 1
fol. 54.n. 1

SIXTUS EPISCOPVS, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) Ad fidelem, statum, & prosperam directionem Religionis quarumlibet, præfertim Militiarum, pro Fidei Catholicæ defensione institutarum, nostræ cōsiderationis aciem sollicitè extēdentes, ad ea libenter intendimus, per quæ Militiæ ipsæ ab onerum gravedine valeant relevari, illisque præsidentes, suis necessitatibus possint commode providere. Sane ex dilecti filij Ioannis de Stuniga, Magistri Militiæ de Alcantara, Cisterciens. Ordinis, & non nullorum aliorum fidei signorum relatione, accepimus, quod licet olim, iuxta ipsius Militiæ laudabilia consuetudines, & statuta, dum aliquis in Fratrem, seu Militem dictæ Militiæ assumebatur, certa annua portio super fructibus, redditibus, & proventibus Mensæ Magistralis dictæ Militiæ, non tamen ultra summam duodecim millium marapetinorum, monetae illarū partium, donec sibi de aliqua Praeceptoria, sive cōmenda, eiusdem Militiæ provisum foret, sibi per Magistrum pro tempore existentem ipsius Militiæ persolvenda, per eundem Magistrum assignaretur, nihilominus temporum causante malitia, & vragentibus gravibus necessitatibus, necessum fuit pro temporū conditione, ac ex alijs causis nonnullis, ex eis, qui in Fratres, seu Milites Militiæ huiusmodi assumpti fuerint, multò maiores, & graviores portiones, etiam ultra viginti millia marapetinorū assignare, propter quod mēsa prædicta admodū gravata existit & in futurū plus gravari formidatur, nisi super hoc de opportuno Sedis Apostolicæ remedio succuratur. (2) Nos igitur, præ fate mēse, ac Magistri pro tempore existētis dictæ Militiæ indemnitatis, super hoc opportunè providere volētes, motu proprio, nō ad præfati Ioānis Magistri, vel alterius pro eo, Nobis super hoc oblatæ petitionis instatiā, sed ex nostra mera deliberatione, & certa sciētiā, auctoritate Apostolica tenore præsentū, omnes & singulas portiones prædictas, quibusvis personis, super fructibus dictæ mensæ hactenus assignatas, summas 200.

marapetinorum excedentes, ad eandem summam viginti milium marapetinorū, reducimus, restringimus, & moderamur. Decernentes Ioannem, & pro tempore existentem Magistrum huiusmodi, ad solutionem maioris portionis, quā viginti millium marapetinorum huiusmodi, cuiquā ex Fratribus, seu Militibus, eisdem faciēdam, nullatenus astrictos, seu obligatos fore. Et nihilominus motu, scientia, & authoritate prefatis statuimus, & ordinamus, quod alicui ex Fratribus, seu Militibus in dicta Militia de novo recipiēdis, maior quā viginti millium marapetinorum huiusmodi portio, assignari nō possit, sub excommunicationis latæ sententiæ poena, quam tām assignantes, quām recipiētes incurrere volumus ipso facto: & à qua nullus, nisi a Romano Pontifice absolvī possit, præterquā in vero mortis articulo constitutus, Decernentes omnes, & singulas assignationes maioris portionis, quām viginti millium marapetinorum huiusmodi, super fructibus dictæ Mensæ cuiquā deinceps faciendas, nullas, & invalidas esse, nulliusque roboris, vel momenti fore, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquā quavis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attenari. Et nihilominus dilectis filijs Caurien. & Placentinen. ac Salmanticen. officialibus, motu simili per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnum eorum, per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, ac omnia, & singula in eis cōtenta, vbi, & quādo expedire viderint, ac quoties super hoc pro parte dicti Ioannis, vel pro tempore existentis Magistri requisiți fuerint, solemniter publicatæ, ac ipsi Magistro in præmissis, efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra reductionem, restrictionem, moderationem, decretum, statutum, & ordinationem huiusmodi, inviolabiliter observari: non permittentes, Ioannem, vel pro tempore Magistrum huiusmodi, contra reductionis, restrictionis, moderationis, decreti, statuti, & ordinationis eorundē, ac præsentiu litterarum tenorem, per quoscumque quomodolibet molestari. Molestatores, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, per censuram Ecclesiasticam, & alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, consuetudinibus, stabilimentis, vñibus, & naturis dictæ Militiae, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quamvis alia firmitate roboratis, contrarijs quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim, ab Apostolica Sede sit indultum, quod inter-

SIXTVS IV.

54

dici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ reductionis, restrictionis, moderationis, constitutionis, statuti, ordinationis, voluntatis, decreti, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotētis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se neverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio, vj. Kalend. Iunij, Pontificatus nostri anno duodecimo.

An. 1483

SIXTVS IV.

i Mandat, Capitula fieri, facultatem concedens, statuendi, & ordinandi.

Concordat.

Num. 1.

A Innoc.

VIII. fol.

56.n.1.



SIXTVS EPISCOPV S, Servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. (1) Ad sanctā Militiam de Alcantara, Cisterciens. Ordinis, pro Catholicæ Fidei defensione, olim provide, & salubriter institutam, (A) paternæ considerationis intuitum dirigentes, curis assiduis vrgemur, vt ad ea sollicitè intendamus, per quæ Militia ipsa, & illius personæ, prosperè dirigi valeant: quod vt iuxta cordis nostri desiderium feliciter fieri possit, opem & operam efficaces, quantū cū Deo possumus, favorabiliter adhibemus. (2) Cūm itaque pro reformatione & directione Militiæ, & personarum prædictarum, celebratio Capituli Generalis eiusdem Militiæ plurimum necessaria videatur, idcirco, motu proprio, non ad alicuius Nobis super hoc oblatæ petitionis, instatiā, sed ex mera nostra deliberatione, & certa scientia, Capitulum præfatum, loco, & tempore, ad id, per dilectū filium Ioannem de Stuniga, ipsius Militiæ Magistrum statuendis, fore decernimus celebrandum, eidem Ioanni Magistro præcipientes & mandantes, vt quam primū commodè fieri pōterit, locum & tempus pro dicti Capituli celebratione statuat, & ordinet: ac assumptis & convocatis secū duobus Abbatibus dicti Cistercieñ. Ordinis, vita & moribus comprobatis,

om-

omnes & singulos Præceptores, Commendatores, ac alios Milites, & Fratres dictæ Militiæ, cuiuscumque dignitatis, status, vel conditionis existant, ad dictū Capitulum convocet: & illos per dictos Abbates, quibus super hoc plenam & liberam, motu & scientia similibus, harum serie, facultatem cōcedimus, vt ad dictum Capitulum statuēdis termino & loco personaliter accedant, per censuram Ecclesiasticā, & alia iuris remedia compelli faciat. (3) Nos enim Magistro, Præceptoribus, Cōmendatoribus, Militibus, & Fratribus prædictis, tunc in præfato Capitulo congregatis, cum assistentia & consilio dictorum Abbatum, omnia & singula, quæ ipsis, pro statu, honore, felici directione, manutentione, conservatione, & augmento dictæ Militiæ, & singularum illius personarum, tam præsentium, quam futurarum expedire visum fuerit, tam in spiritualibus, quam temporalibus, faciendi, exequendi, corrigendi, reformandi, statuendi, ordinandi, providendi, & disponendi, necnon eisdem duobus Abbatibus, omnia, & singula, quæ, vt præmittitur, in dicto Capitulo, cū eorum cōsilio, & assistentia facta, correcta, reformata, statuta, ordinata, provisa & disposita fuerint, dummodo honesta & rationabilia sint, & Sacris Canonibus non obstant, auctoritate Apostolica approbādi, & confirmandi: omnisque & singulos defectus, si qui, forsan interixerint in eisdem supplendi, ac illa inviolabiliter observari faciendi. Contradictores quoque per censuram Ecclesiasticam, & alia remedia prædicta, appellatione postposita compescendi, plenam & liberam, motu, scientia, & auctoritate prædictis, tenore præsentium concedimus facultatem. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Aooſtolicis, ac statutis, consuetudinibus, stabilimentis, & privilegijs dictæ Militiæ, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, contrarijs quibuscumq; Aut si aliquibus cōmuniter, vel divisim, ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari nō possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expreflam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, præcepti, mandati, concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctū Petrum, anno Incarnationis Domini 1483. sexto Idus Iunij, Pontificatus nostri anno duodecimo. Locus ✠ plumbi.

Num. 3;

An. 1483

INNOCENT. VIII.

- 1 Satuit, omnes causas, quavis occasione, & causa movendas inter Praeceptores, Milites, & Fratres, per Magistrum terminari debere.
- 2 Prohibet, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, & commendarum privatione, ad Regia Tribunalia recursus.
- 3 Processus, & sententias à Iudicibus secularibus in huiusmodi casibus latae, irritas declarat.
- 4 Concedit Magistro provisionem commendarum tali privatione vacantium.

Concordat.
Num. 1.
A Innoc.
VIII. fol.
58.f.63.
n. 1.



INNOCENTIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. In cordis visceribus, specialiter gerimus, Sacram Militiam Alcantaræ, Cisterciens. Ordinis, ad propugnationem (A) infidelium, olim salubriter institutam, & singula, quæ ad Fratrum illius, commodum profutura cognoscimus, quātum Nobis cōceditur, omni diligentia, & solicitudine procuramus. Sanè pro parte dilecti filij Ioannis de Stuniga, Magistri Militiæ prædictæ, Nobis nuper exhibita petitio cōtinebat, quod licet iuxta statuta, cōsuetudines, privilegia, & stabilimēta ipsius Militiæ, omnes & singuli Præceptores, Commendatores, Milites, & Fratres dictæ Militiæ Magistro Generali pro tempore existenti ipsius Militiæ, Ordinario iure subesse debeant, ipseque Magister, eisdem Præceptoribus, Commendatoribus, Milibus, & Fratribus, de se ipsis invicem querelantibus, iustitiam ministrare debeat, & etiam sit paratus, nihilominus Præceptores, Commendatores, Milites, & Fratres prædicti, se invicem super Præceptoribus, & Commendatorijs dictæ Militiæ, ac bonis ad illas pertinentibus, ad Regiam, & alias curias seculares, ad iudicium trahere non verentur, in Religionis opprobrium, dicitique Magistri iurisdictionis enervationē, ac ipsius præiudiciū non modicum, pariter, & detrimētum. Quare pro parte dicti Ioannis Magistri fuit Nobis humiliter supplicatū, ut sibi super his de opportuno remedio providere, paterna diligentia cura remus. (2) Nos itaque, qui, vnicuique sua iura cupimus observari, huiusmodi supplicationibus inclinati, authoritate Apostolica tenore præsentiu, statuimus, & ordinamus, quod deinceps per-

perpetuò, omnes, & singulæ causæ, inter Præceptores, Cōmendatores, Milites, & Fratres prædictos, quavis occasione, vel causa, & in quocumque casu, pro tempore movenda, per Magistrū pro tempore existentem prædictum, vel ab eo deputādos, iuxta ipsius Militiæ privilegia, cōsuetudines, & statuta, audiri, decidī, & determinari debeant. (3) Districtius inhibentes eisdem Præceptoribus, Commēdatoribus, Militibus, & Fratribus, sub excommunicationis, & privationis suarum Præceptoriarum, Commendarum, officiorū, & administrationum, quæ in dicta Militia obtinēt, & in posterū obtinebunt, pœnis, quas, si contrarium facere præsumperint, ipsos, & eorū quemlibet, ipso facto, absque alia declaracione decernimus incurritse, ne se invicem quavis occasione, vel causa, in quocumq; casu, ad Regiā, vel alias seculares Curias, præterquam in casib; quibus de iure, id eis licet, ad iudicium trahere, quoquomodo presumat.

(4) Ac decernentes omnes, & singulos processus, & sententias, quos, & quas, per Iudices, Commissarios, vel Consiliarios seculariorum Curiarum huiusmodi super præmissis haberi, & promulgari, necnon quidquid secus a quoquam quavis authoritate, scienter, vel ignoranter fieri, vel attentari contigerit, irrita, & inania, nulliusque fore roboris, vel momenti. (5) Et insuper

præfato Ioanni, & pro tempore existenti Magistro dictæ Militiæ, Præceptorias, seu cōmendarias præfatas, quas, per privationē huiusmodi vacare contigerit, personis idoneis, iuxta statuta, & privilegia dictæ Militiæ, Apostolica authoritate cōfrendi, & de illis etiam providendi, plenam, & liberam, eadē auctoritate concedimus facultatem. Non obstantibus cōstitutio- nibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, privilegijs, cōsuetudinibus, stabilimentis, vīsibus, & naturis dictæ Militiæ, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, inhibitionis, constitutionis, decreti, & commissio- nis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotētis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, vj. Kalend. Iulij, Pontificatus nostri anno primo.

Num. 3.

Num. 4.

Num. 5.

An. 1485

INNOCENT. VIII.

I Concedit Magistro, ut commendas possit providere personis, nondum habitu suscepto (alias iuxta Ordinis statuta) dummodo intra annum suscipiant.

Concordat.

Num. 1.



INNOCENTIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei: Dilecto filio Ioanni de Stuniga, Magistro Militiae de Alcantara, Cisterciens. Ordinis, Salutem, & Apostolicam benedictionem. (1) Ad sincerae devotionis affectum, quem ad Nos, & Romanam Ecclesiam gerere comprobatis, attente dirigentes considerationis intuitum, illa tibi libenter concedimus, per quæ Apostolicorum statutorum, & ordinationum, in aliqua parte relaxato rigore, personis benemeritis, & virtutum claritate conspicuis, te facilius valeas reddere gratiosum. Dudum siquidem fœlicis recordationis Sextum Papam Quartum prædecessorem nostrum, accepto, quod, licet Militia de Alcantara Cisterciens. Ordinis, ad reprimendum conatus perfidorum Agarenorum Africæ, & Orthodoxam Fidem ab eorum insultibus defendendum, fuisset principaliter instituta, & propterea opus esset, ut in illa reciparentur personæ habiles, & idoneæ, quæ, ad dictorum Agarenorum propulsionem, animo strenuo, & viribus corporeis aptæ existerent; tamen à nonnullis temporibus, citra negligentiam forsan illorum, qui dictæ Militiae eatenus præfuerant, seu etiam temporum causante militia, personæ minus dignæ, & ad præmissa insufficientes, & tam propter ætatis defectum, quam alias, eidem Militiæ parum utiles, seu etiam damnoſe in ea receptæ, & illis commendariæ, seu Præceptoriaræ dictæ Militiæ collatae fuerant, propter quod ipsa Militia passa fuerat tunc, & continuè patiebatur detrimenta, idem prædecessor motu suo proprio statuit, & ordinavit, quod ex tunc, deinceps, perpetuò, nulla ipsius Militiæ Præceptoria, seu Cōmendaria, alicui eiusdem Militiæ Fratri Militi conferri posset, nisi esset ad pugnandum habilis & idoneus, ac eidem Militiæ, sub illius regulari habitu & professione expressa, per unum annum ad minus servivisset, districtius nihilominus Magistro dictæ Militiæ pro tempore existenti, sub ex-

excommunicationis pena, quam, si secus ficeret, ipso facto incureret, ne aliquam Præceptoriam, vel Comendariam ipsius Militiae, contra tenorem statuti, & ordinationis huiusmodi, cuiquam conferræ præsumeret: ac decernens, quascumque collationes de eisdem Præceptoriorum aliter factas, & quæcumque pro tempore inde secuta, nulla, & irrita, nulliusq; fore roboris, vel momenti, prout in litteris eiusdem prædecessoris desuper confessis, pleniùs cōtinetur. (2) Cū autem sicut exhibita Nobis numer pro parte tua petitio continebat, plures personæ reperiri possint, maturitate consilij, probitate & fidelitate, alijsq; multiplicium virtutum donis pollentes, quarū consilio, auxilio, & favore, Militia ipsa, non solum manuteneri & defendi, verū & ampliari & exaltari valeret, & quæ, licet habitum Fratrum Militiae huiusmodi non suscepint, & professionē per eosdem Fratres emitti solitam, non emiserint, habitum tamen susciper, & professionē huiusmodi emittere intēdāt, si tibi ut quoad viveres, & quoties expedire videres, quascumq; Præceptorias, sive Comendarias huiusmodi personis dumtaxat, tibi, & eidem Militiae actū servientibus, alias ad pugnandum habilibus & idoneis, & ipsi Militiae vtilibus, etiam si personæ ipsæ eidem Militiæ sub habitu & professione expressa huiusmodi per annū tempore provisionum huiusmodi non servivissent, cōferre, & de illis etiam prouidere posses, licentia cōcederetur: profectò ex earundem personarum singularibus virtutibus, eidem Militiae decus & honor, ac vtilitas non mediocris accresceret. Quare pro parte tua Nobis fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolica dignarumur. (3) Nos igitur eiusdem Militiae exaltationem, & votivos successus intensis desiderantes affectibus, teque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, tibi, ut quascumq; Præceptorias, sive Comendarias, huiusmodi personis dumtaxat, tibi, ut eidem Militiae actū, ut præfertur, servientibus, alias ad pugnandum habilibus, & idoneis, ac ipsi Militiae vtilibus, etiam si personæ ipse, eidem Militiæ sub illius habitu & professione expressa huiusmodi, per annū tempore provisionum earundem non serviverint, cōferre, & de illis etiam providere, libere & licite valeas: præmissis, ac alijs cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis,

Num. 2.

Num. 3.

nec-

necnon dictæ Militiæ privilegijs, stabilitimentis, vsibus, naturis, statutis, & consuetudinibus, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs nequaquam obstantibus, authoritate Apostolica tenore præsentium de specialis dono gratiæ indulgemus. (4)

Num. 4. Volumus autem, quod personæ ipsæ, quibus Præceptorias, seu Commendarijas huiusmodi pro tempore contuleris, infra annum, à die adeptæ per eas Præceptoriarum, seu Commendariarum earundem, pacificæ possessionis computandum, habitum suscipere & professionem huiusmodi emittere teneantur: alioquin collationes & provisiones huiusmodi, ac inde secuta quæcumque, nullius sint roboris, vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctū Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, vndeclimo Kalend. Ianuarij, Pōtificatus nostri anno secundo. Locus ✠ plumbi.

An. 1485

INNOCENT. VIII.

I Concedit Ecclesiæ Parochiales, Militiæ subiectas, per Religiosos dictæ Militiæ, vel Clericos idoneos, regi, & gubernari posse.

Concordat.
Num. 1.



INNOCENTIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) Sollicitudo pastoralis officij, meritis licet insufficientibus, Nobis divina dispensatione commissa, mentem nostram continuè excitat, ut ad ea favorabiliter intendamus, per quæ Ecclesiæ utilitati, & animarum saluti, per nostræ provisionis auxilium, valeat salubriter provideri. Sanè pro parte dilecti filii Ioannis de Stuniga, Magistri Militiæ de Alcantara, Cisterciens. Ordinis, Nobis nuper exhibita petatio continebat, quod in eadem Militia ultra illius Fratres, qui Milites appellantur, sunt nonnulli alij Fratres, in Presbyteratus Ordine constituti, & cum sint nonnullæ Parochiales Ecclesiæ eidem Militiæ subiectæ, quæ per Presbyteros seculares condu-

conductios, & ad nutum Præceptorum Præceptoriarum, in quibus dictæ Ecclesiæ consistunt, amovibiles, gubernari consueverunt, si Ecclesiæ ipse, deinceps, etiam per Fratres dictæ Militiæ in Presbyteratus Ordine constitutos, pari modo ab eis amovibiles, gubernarentur; profectò per Fratres eosdem animarū Cura Parochianorū animarū dictarū Ecclesiarū, melius, & diligentius exerceretur, idque, ad earundē Ecclesiarum vtilitatem, ac illarum Parochianorum animarum huiusmodi salutem cederet. Quare pro parte dicti Ioannis Magistri Nobis fuit humiliter supplicatum, vt quod deinceps perpetuis futuris temporibus, Parochiales Ecclesiæ prædictæ, per Fratres dictæ Militiæ in Presbyteratus Ordine cōstitutos, vel Presbyteros seculares idoneos regi, & gubernari debeant, statuere, & ordinare, ac alias super hoc opportunè de benignitate Apostolica digna remur. (2) Nos igitur, qui Ecclesiarū vtilitatē, & animarū salvum synceris desiderijs affectamus, eundem Ioannem Magistrum, à quibus vis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac alijs Ecclesiasticis sententijs, césuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibuslibet quod modolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, ac absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, autoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus, Ecclesiæ Parochiales per Fratres eiusdem Militiæ in Presbyteratus Ordine constitutos huiusmodi, vel Presbyteros seculares idoneos, sicut pro earundem Ecclesiarum vtilitate, & animarum salute Magistro pro tempore existenti dictæ Militiæ, melius visum fuerit, regi, & gubernari, ac animarum cura huiusmodi exerceri, & Ecclesiastica Sacra menta ministrari debeant. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, consuetudinibus, privilegijs, stabilimentis, vissibus, & naturis dictæ Militiæ iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmate alia roboratis, cæterisque contrarijs quibuscumque Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, statuti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctū Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, nono Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri anno tertio.

Num. 2.
Martin. V.
fol. 55.n. I

An. 1486

INNOCENT. VIII.

Irritat statuta impedientia, quominus herba ad Mensam Magistralem pertinentes, iusto vendantur prelio.

Concordat.

Num. 1.



INNOCENTIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) In charitatis visceribus, Sacram Militiam de Alcantara, Cisterciensi Ordinis, continuè gerentes, ea, quæ, in illius iacturam facta fuisse cognoscimus, prout æquum est, & rationi consonum, libenter de medio tollimus, ac illa diligentí studio disponimus, quæ, eidem Militiæ fore conspicimus profutura. Sanè pro parte dilecti filij Ioannis de Stuniga, Magistri Militiæ prædictæ, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod fructus, redditus, & proventus mensæ Magistralis ipsius Militiæ, in pascuis, & herbis principaliter consistunt; sed pastores illarum partiū, & aliæ personæ, quæ, pascua, & herbas huiusmodi pro suis animalibus pascendis annuatim emere consueverunt, ut pascua, & herbas huiusmodi, pro minus convenienti pretio ab ipso Magistro extorquere possint, nonnulla inter se statuta, & prohibitiones facere, non verentur, disponentia, ut nullus ipsorum herbas, & pascua huiusmodi, sub gravissimis pœnis à dicto Magistro emere possit, vel debeat: aut animalia sua, ut ibidem pascantur, ducere, nisi pro pretio inter eos in fraudem dicti Magistri ordinato. Ita ut dictus Magister ne totaliter defraudetur per talia statuta, & prohibitiones, compellitur ad vendendum ipsiherbas, & pascua huiusmodi vili pretio, etiam ultra dimidiā minùs quam vendi deberent herbae, & pascua supradicta, propter quod dictus Magister damnum non modicum sustinet & iacturam. Quare pro parte eiusdem Magistri Nobis fuit humiliter suplicatum, & opportune in præmissis providere de benignitate Apostolica dignaremur. (2) Nos igitur, qui Militiam prædictam speciali dilectione prosequimur, fraudibus & damnis huiusmodi obviare cupientes, huiusmodi supplicationibus inclinati, statuta, & prohibitiones prædicta, auctoritate tenore præsentium cassamus, irritamus, & annul-

Num. 2.

Iamus, ac nullius roboris, vel momenti esse decernimus; nec non præfatis pastoribus, & quibusvis alijs personis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, vel conditionis fuerint, ne de cætero illis vti, aut alia similia, vel dissimilia in præiudicium dicti Magistri, vel quominus ipse herbas, & pascua sua huiusmodi, illo pretio, pro quo alij etiam herbas, & pascua similiter habentes, illa vendere consueverunt, vendere, ac pastores ipsi, illa pro simili pretio, ab eodem Magistro libere emere possint & valeant, facere, quoquo modò præsumant, sub excommunicationis pœna, quam singulos contra facientes, ipso facto, incurrire decernimus, districtiū inhibemus: non obstantibus statutis, & prohibitionibus præmissis, etiam si iuramento, vel quavis alia firmitate roborata sint, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ tassationis, irritationis, annulationis, constitutionis, decreti, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctū Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo octuagesimo sexto, quinto Kalend. Februarij, Pontificatus nostri anno tertio.

An. 1486

INNOCENT. VIII.

Mense Magistrali perpetuo placuit vnire Præceptoriam Villæ de Valentia.



INNOCENTIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) Ex iniuncto Nobis desuper Apostolicæ servitutis officio, circa ea sollicitis studijs intendimus, per quæ Sacræ Militiæ, ad propugnationem infidelium laudabiliter institutæ, nostræ provisionis auxilio, à quibusvis periculis præserventur, ac in pacis, & quietis securitate conserventur. Sanè pro parte dilectorum filiorum Ioannis de Stuniga, Magistri, ac Prioris, & Conventus, necnon universorum Præceptorum, & Fratrum Militiæ de Alcantara, Cisterciens. Or-

Concordat.
Num. 1.

dinis, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod Praeceptoria de Valentia praedictæ Militiæ, Cauriensi Diœcesi, in confinibus Regni Portugaliae sita est, & habet arcem, sive fortalitium munitissimum, expeditque pro conservatione status dictæ Militiæ, & ad obviandum periculis, quæ evenire possunt, quod ipsa Praeceptoria cum arce, sive fortalitio huiusmodi, sit in manibus talis personæ, quæ præfatae Militiæ fidelis existat, de qua, Magister, Prior, Conventus, Praeceptores, & Fratres prædicti, meritò confidere possint. Verum si Praeceptoria ipsa, vt olim (vt ab aliquibus assertur) Mensæ Magistrali dictæ Militiæ iuncta, annexa, & incorporata fuit, licet de præsenti non existat, eidem Mensæ perpetuo vniretur, annexeretur, & incorporaretur, profectò tam dictus Ioannes, quam pro tempore existens Magister dictæ Militiæ, ad custodiam arcis, sive fortalitij huiusmodi, tales personas depùtarent, ex quibus, Magister, Prior, Conventus, Praeceptores, & Fratres prædicti, meritò confidere possint, idque ad tutelam, & præsidium dictæ Militiæ cederet, ac multis magnisque periculis, quæ, si secus esset, dictæ Militiæ evenire possent, præculdubio obviaretur. Quare pro parte Ioannis Magistri, Prioris, Conventus, Praeceptorum, & Fratrum prædictorum, afferentium quod dictæ Praeceptoriorum, & illi annexorum fructus, redditus, & proventus, mille & trecentorum ducatorum auri de Camera, secundum communem aestimationem valorem annum non excedunt, quodque dictus Ioannes Magister, ne numerus Praeceptoriarum dictæ Militiæ diminuat, quandam aliam Praeceptoriam de los Hornos nuncupatam, ex fructibus, redditibus, & proventibus dictæ Mensæ loco ipsius Praeceptoriorum de Valentia, ordinaria authoritate erexit, & illi annuos redditus trecentorum millium marapentinorum monetæ illarum partium, qui, octingentos ducatos similes, vel circa constituunt, pro eius dote assignavit, ac de illa, ab eius primæva erectione huiusmodi vacante, dilecto filio Alphonso Godinez, Fratri dictæ Militiæ, eadem authoritate providit: Nobis fuit humiliter supplicatum, vt Praeceptoriam de Valentia prædictam, eidem Mensæ Magistrali perpetuò vnire, annexere, & incorporare, aliasque in præmisæ opportunitate providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Num. 2.

(2) Nos igitur, qui, dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia Ecclesiastica alijs vniri, tenerentur exprimere verum annum valorem, secundum communem aestimationem,

etiam

etiam beneficij, cui aliud vniri peteretur, alioquin vniō non valeret, & semper in vniōnibus fieret commissio ad partes, vocatis quorum interesset, Ioannem Magistrum, & Priorem, ac singulos ex conventu, necnon Præceptores, & Fratres huiusmodi, ac eorum quemlibet, à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ac fructus dictæ Mensæ pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Præceptoriam de Valentia prædictam, cum eisdem annexis, ac omnibus iuribus, & pertinentijs suis, præfatæ Mensæ, authoritate Apostolica tenore præsentium in perpetuum vnimus, anneximus, & incorporamus. Itaque quòd cedente, vel decedente dilecto filio moderno Præceptore dictæ Præceptoriam de Valentia, seu illam alias quomodolibet dimittente, vel de eius consensu, data sibi congrua recompensa super fructibus, redditibus, & proventibus dictæ mensæ, liceat Ioāni, vel pro tépore existéti Magistro Militiæ huiusmodi, per se, vel per aliū, seu alios corporalē possessionē Præceptoriam de Valentia, & annexorum, iuriū, & pertinentiarum prædictarum, propria authoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere: illorumque fructus, redditus, & proventus huiusmodi, in suos, & dictæ mensæ usus, & utilitatē convertere, alicuius licentia super hoc minimè requisita. Non obstantibus cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac voluntate nostra prædicta, necnon statutis, consuetudinibus, privilegijs, indultis, stabilimentis, usibus, naturis, & diffinitiōnibus dictæ Militiæ, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis: illis præsertim, quibus, caveri dicitur, quòd Magister pro tempore existens dictæ Militiæ de retinendis ipsius Militiæ, Præceptorij, ac illius Præceptores de rebus Mensæ Magistralis, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, à qua, præter quām per Romanum Pontificem, non possint absolvī, se nullatenus intromittant, quibus hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permanfuris, harum serie expresse derogamus contrarijs quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de Præceptorij huiusmodi, speciales, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus generales Apostolicæ Sedis, vel Legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservacionem, vel decretum, vel alias quomodolibet sit processum: quas

quidem litteras, & processus habitos per easdem, & inde sequuta quæcumque, ad dictam Præceptoriam de Valentia, volumus non extendi; sed nullum super hoc eis, quoad affectionem Præceptoriarum, vel Beneficiorum aliorum, præiudicium generari, & quibuslibet alijs privilegijs, indulgentijs, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ, præsentibus non expressa, vel totaliter nō inferta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri: & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda esset in nostris mentio specialis. Proviso quod propter vniōnē, annexionem, & incorporationē huiusmodi, dicta Præceptoria de Valentia detrimentum minimè patiatur; sed eius congruè supportentur onera consueta. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, vniōnis, annexionis, incorporationis, derogationis, constitutio- nis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotētis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, tertio Kalend. Ianuarij, Pontificatus nostri anno tertio.

An. 1486

INNOCENT. VIII.

Declarat Magistrum, Præceptores, & Fratres omni Ecclesiastica libertate gaudere.



INNOCENTIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei: Venerabili Fratri Episcopo Placentino, & dilectis filijs Decano, ac Ioanni de Gata, Canonico Ecclesiæ Placentin. Salutem, & Apostolicam benedictionem. (1) Pastoralis officij, meritis licet insufficientibus, Nobis ex alto commissi, debitum, Nos continua pulsat instantia, vt circa personarum quarumlibet indemnitates, sollicitè intendamus, sed illarum propensius occurrimus dispendijs, quæ sub Regulari habitu Domino Militantes,

Concordat.

Num. 1.
Iulian. E-
pisc. Ostiæ.
fol. 68. n. 1

pro

pro defensione, & Exaltatione Orthodoxæ Fidei, proprias per sonas, & facultates, non sine magni periculis, veluti Christi Athletæ intrepidi continuè exponunt, & illis indebita gravamina imponentes, debita correctione castigemus. Sanè pro parte dilectorum filiorum Ioannis de Stuniga Magistri, & vñiversorum Præceptorum, ac Fratrum Militiæ de Alcantara, Cauriens. Diœces. Cisterciens. Ordinis, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd licet in Regnis Castellæ, & Legionis, omnes personæ Ecclesiasticæ, tam sacerulares, quam quorumvis Ordinum Regulares, etiam Præceptores, & Fratres quarumcumque Militiarum: eorumque loca, & bona omnia, sint à solutione gabellarum, datiorum, impositionum, & exactiōnum quarumcumque, quibusvis Principibus, Nobilibus, Dominis, & laicis alijs facienda, prorsus exempta, nec gabellas, datia, impositiones, exactiōnesque huiusmodi, cuiquam solvere teneantur, nec ad id, per quempiam compellantur. Nihilominus officiales secularium Principum, Nobilium, Domini, & aliorum laicorum dictorum Regnorum, nesciuntur, qua authoritate suffulti, dilectos filios Magistrum, Præceptores, & Fratres dictæ Militiæ de Alcantara, ad solvendas gabellas, datia, impositiones, & exactiōnes huiusmodi, compellere, illasque ab eis exigere, non verentur, in animarum suarum periculum, ipsorumque Magistri, Præceptorum, Fratrum, & Militiæ de Alcantara damnum non modicum, pariter & iacturam. Quare pro parte Ioannis Magistri, & Præceptorum prædictorum, Nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsius Militiæ de Alcantara indemnitati super hoc providere de benignitate Apostolica dignaremur. (2) Nos igitur attentes, quòd Magister, Præceptores, & Fratres prædicti, Ecclesiasticæ personæ (prout sunt) merito sint censendi, debentq; gaudere Ecclesiastica libertate, in qua laicis nulla iurisdictio, vel potestas, est quomodolibet attributa, ac Magistri, Præceptorum, Fratrum, & Militiæ de Alcantara prædictorum indemnitate, paterna charitate consulere cupientes, ipsosque Iohannem Magistrum, & Præceptores, à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac alijs Ecclesiasticis censuris, sententijs, & poenis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibuslibet quomodolibet innodati existint, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum

Num. 27

vestrum, si, & postquam vobis de præmissis legitimè confitebitur, per vos, vel alium, seu alios, omnes, & singulos, gabellarū, datiorum, impositionum, & exactiōnum huiusmodi impositores, & exactores, excommunicationes, ac alias sententias, censuras, & pœnas, in tales à iure promulgatas, incurrisse, & illis innodatos fore, autoritate nostra declareris. Necnon, illos, quos vobis excommunicationis sententiā huiusmodi incurrisse confiterit, cuiuscumq; dignitatis, status, gradus, Ordinis, præminentia, vel conditionis fuerint, quoties super hoc, pro parte Magistri, Præceptorum, & Fratrum prædicatorum, & alicuius ipsorum, requisiti fueritis, in Ecclesijs, dum maior inibi populi multitudo ad divina audienda convenerit, tamdiu excōmunicatos publicè nuntietis, & faciatis ab alijs nuntiari, ac ab omnibus arctius evitari, donec satisfactione præmissa meruerint ab excommunicatione, & alijs censuris huiusmodi, absolutionis, & relaxationis beneficium obtinere. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, decimo octavo Kalend. Februarij, Pontificatus nostri anno quarto.

An. 1487

IVLIANVS.

I Concedit Magistrum, & Preceptores lineis vestibus vti, & carnibus vesci, diebus, quibus Christi fidelibus licet.

Concordat.
Num. I.



V L I A N V S , miseratione Divina Episcopus Ostiensis: Dilectis in Christo Fratribus Ioanni de Stuniga, Magistro, & Præceptoribus Ordinis Fratrum Militia de Alcantara, sub Regula Monachorum Ordinis Cisterciens. decentium, Salutem in Domino. Ex parte vestra fuit propositum coram Nobis, quod cum ex Regularibus institutis dicti Ordinis Militia de Alcantara, tu, ut Magister, & Præceptores prædicti, camisias lineas deferre, & in linteaminibus, seu pannis lineis dormire, & vestibus Martiris, & Armelinis, ac certis alijs foderaturis, & foderatas portare, & nisi in tribus diebus, in qualibet septimana, videlicet Dominica, Martis, Iovis, & quomodolibet ipsorum dierum, nisi

vno generē carnium vesci , non debeatis; nihilominus ex quādam consuetudine in contrarium introducta, & à tanto tempore observata, quod de eius initio memoria hominum non habetur , Magistri dicti Ordinis de Alcantara , & Præceptores, qui haec tenus fuerunt, camisījs, pannis lineis, seu linteaminibus, ac foderaturis prædictis, necnon carnibus, alijs, quām præmis-
sis diebus , videlicet , quibus alij non religiosi illis vtun-
tur, & in vno die , diversis generibus carnium vsi extiterunt,
prout vos vtimini de præsenti: desideratisque præterea cami-
fias lineas portare, ac in linteaminibus, seu pannis lineis dormi-
re, necnon vestes Marturis, & Armelinis, ac quibuscumq; alijs
federaturis foderatas deferre , & singulis diebus , quibus alij
Christi Fideles carnibus vescuntur , etiam singulo die diversis
generibus carnium vesci posse : quod vobis minimè permitti-
tur absque Sedis Apostolicæ dispensatione , seu licentia spe-
ciali. Quare supplicari fecistis humiliter, vobis, & successori-
bus vestris dicti Ordinis in perpetuum, super his, per eiusdem
Sedis clementiam misericorditer provideri. (2) Nos igitur au-
thoritate Dñi Papæ , cuius pœnitentiariæ curam gerimus , &
de eius speciali, & expresso mandato , super hoc , vivæ vocis
oraculo, Nobis factō, vt huiusmodi camisias lineas portare, ac
in linteaminibus, seu pānis lineis dormire, necnō vestes Martu-
ris, Armelinis, ac quibuscumque alijs federaturis foderatas de-
ferre(3)& singulis diebus, quibus alij Christi Fideles carnibus
vescuntur, etiam singulo die diversis generibus carnium vesci,
absque alicuius pœnæ incursu, vel conscientiæ scrupulo possi-
tis, & valeatis, vobis & dictis successoribus vestris prædictis, in
perpetuum, tenore præsentium, veris existentibus supradictis,
plenam, & liberam concedimus facultatem: ac vobiscū, & cum
successoribus vestris præfatis, super his misericorditer dispen-
samus, Constitutionibus, ordinationibus Apostolicis, necnon
statutis, & cōsuetudinibus, stabilimenti, vsibus, & naturis dicti
Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica robora-
tis, cæterisque in contrarium facientibus, nō obstantibus qui-
buscumque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub sigillo of-
ficij Pœnitentiariæ xij. Kalend. Maij, Pontificatus Domini In-
nocentij Papæ VIII. anno tertio.

Num. 2.

Num. 3.

ALE.

ALEXANDER VI.

E Confirmat communicationem factam per Innocent. VIII. recitationis horarum Canonicarum, quas Milites recitare tenebantur.

Concordat.



Num. I.

LEXANDER EPISCOPVS , Servus ser-
vorum Dei. Dilectis filijs Priori Prioratus
de Alcantara , Cauriens. Dioecesis , & Deca-
no Ecclesiæ Placentiæ, ac officiali Caurien-
sis , Salutem , & Apostolicam benedictio-
nem. (1) Rationi congruit , & convenit ho-
nestati, vt ea , quæ , de Romani Pontificis
gratia processerunt, licet eius superveniente obitu , litteræ A-
postolicæ super illis confessæ non fuerint, suum debitum for-
tiantur effectum. Dudum siquidem fœlicis recordationis In-
nocentio Papæ VIII. prædecessori nostro , pro parte dilecto-
rum filiorum Præceptorum , Militum , & Fratrum Militiæ
de Alcantara, Cisterciens. Ordinis , exposito , quod ipsi iuxta
statuta, stabilimenta, & consuetudines dictæ Militiæ , pro eo-
rum officio singulis diebus, ducentis & sexaginta vicibus o-
rationem Dominicam, cum aliquibus alijs orationibus, & an-
tiphonis certis horis, & qui dicere nesciebant orationes & an-
tiphonas huiusmodi, trecentis vicibus , videlicet centum ora-
tionem Dominicam , & toties Salutationem Angelicam pro
horis Beatæ Mariæ Virginis, & centū eandē orationem Domi-
nicam huiusmodi, cum requiem æternam pro horis defunctorum:
& in mense Septembris, aut in toto anno , decies Psalterium,
vel loco cuiuslibet Psalterij, centum & quinquaginta vicibus
Psalmum *Miserere mei Deus* , & in qualibet secunda & sexta,
Psalmos Pœnitentiales, videlicet, in secunda, cū requiem æter-
nam cum certis orationibus pro defunctis, ac in sexta ferijs cū
Litania dicere tenebantur. Et in eadem expositione subiniun-
cto, quod Militibus, & Præceptoribus, ac Fratribus prædictis
nimis laboriosum erat, præmissa omnia adimplere , pro parte
eorundem Militum, Fratrum , & Præceptorum, eidem Inno-
centio prædecessori humiliter supplicato , vt quod deinceps
perpetuis futuris temporibus, loco officij prædicti, horas eius-
dem Beatæ Mariæ , & septem Psalmos Pœnitentiales singulis
die-

diebus, ac officium defunctorum, more, quo in Conventu de Alcantara per Fratres Clericos dicti Ordinis, & in diebus, qui bus illud dicebant, dicere & recitare deberent & teneretur: & qui nollebat, ad morem aliū observandum non essent adstricti, iudulgere, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Idem Innocentius prædecessor, qui, quieti personarum quarumlibet, præsertim sub suavi Religionis iugo degentium, ac pro Fidei Catholicæ defensione militantium, consulebat, præfatos Fratres, Præceptores, & Milites, eorumq; singulos, à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodolibet innodati existebant, ad effectū infrascriptorum dumtaxat consequendum absolvens, & absolutos fore censens, huiusmodi supplicationibus inclinatus, voluit & concessit, sub dat. videlicet septimo Idus Aprilis, Pontificatus sui anno octavo, certis iudicibus dari in mandatis, vt de consensu dilectorum filiorum Magistri, & Conventus dictæ Militiæ, eisdem Præceptoribus, Militibus, & Fratribus, quod ex tunc deinceps, perpetuis futuris temporibus, loco officij prædicti, horas eiusdem Beatæ Mariæ, & septem Psalmos pœnitentiales singulis diebus, ac officium defunctorum, more quo in Conventu de Alcantara huiusmodi, per Fratres Clericos prædictos dicebatur, & diebus, quibus illud dicebant, dicere, & recitare deberent, & teneretur: & qui nollent, ad morem aliū observadum non essent adstricti, licentiam auctoritate Apostolica cōcederent. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutis quoq; & consuetudinibus, stabilimentis, vīsibus, & naturis dictæ Militiæ, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisq; contrarijs quibuscumq;. (2) Ne autem de absolutione, voluntate, & cōcessione huiusmodi, pro eo, quod super illis, ipsius Innocentij prædecessoris litteræ, eius superveniēte obitu, confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæsitari, dicti que Præceptores, Milites & Fratres frustrentur effectu, volentes, & prefata auctoritate decernentes, quod absolutio, voluntas & concessio Innocentij prædecessoris huiusmodi, perinde à dicto die septimo Idus Aprilis suum sortiantur effectum, ac si super ipsius Innocentij prædecessoris litteræ, sub eiusdem diei dat. confectæ fuissent, prout superior enarratur, quodq; praesentes litteræ ad probandum plenè absolutionem, voluntatem, & concessionem Innocentij prædecessoris huiusmodi, vbi-

Num. 2

que

que sufficient, nec ad id probationis alterius adminiculum resquiratur, discretioni veltræ per Apostolica scripta mādamus, quatenus vōs, vel duo, aut vniuersitatem de consensu Magistri, & Conventus prædictorum, eisdem Præceptoribus, Militibus, & Fratribus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus, loco dicti officij, horas eiusdem B. Mariæ, & septem Psalmos p̄nitentiales singulis diebus, ac officium defunctorū huiusmodi, ut præfertur, recitare debeant & teneātur; nec sint adstricti qui noluerint, ad morem alium observandum iuxta voluntatē & concessionem Innocentij prædecessoris huiusmodi, auctoritate nostra licentiam concedatis. Non obstantibus omnibus supradictis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, septimo Kalendas Septembbris, Pontificatus nostri anno primo. Locus  plumbi.

An. 1492

ALEXANDER VI.

Concedit Episcopo Palentino, ut renuntiationem Magistratus, faciat in favorem Regum Catholicorum a Magistro D. Ioanni de Stuniga, admittat, & Prioratus faciens erectionem, dicto Ioanni concedat.

Concordat.

Num. 1.



ALEXANDER EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Venerabili Fratri Episcopo Palentiñ. Salutem, & Apostolicam benedictionem. (1) Apostolicæ Sedis providentia circumspecta, ad ea libenter intendit, per quæ, concessiones in administratione, per eam, de quibusvis Magistratibus Militiarum quarumcumque, præsertim pro illorum prospero, & fœlici regimine, ac status conservatione, & quiete, Catholicorum Regum, & Principum pro tempore factæ, debitum fortiantur effectum: ac personis Magistratus prædictos obtinentibus, illos sponte resignantibus, ne rerum premantur inopia, utiliter, & salubriter valeat provideri. Dudum siquidem fœlicis recordationis Innocentius Papæ VIII. prædecessor noster, ex certis tunc expressis rationabilibus causis, ad id animum suum moventibus, inhærendo, etiam nonnullorum prædecessorum nostrorum, tunc suo-

suorum, qui, similes concessiones fecerant, vestigijs, Magistratum Militiae de Alcantara, Cisterciens. Ordinis, cum illum percessum, vel decesum, seu quamvis aliam dimissionem moderni dicti Militiae Magistri vacare cōtingeret, sua, & Sedis prædictæ collationi, & dispositioni, motu proprio, ex certa scietia, specialiter, & expresse reservavit. Illūq; cum, vt præmittitur, vel alias quovis modo vacaret, charissimo in Christo filio nostro, tunc suo, Ferdinando Castellæ, & Legionis Regi illustri, per eum, quoad viveret, in administrationem tenendum, regendum, & gubernandum, per quasdam concessit. Et deinde concessionem huiusmodi ad charissimam in Christo filiam nostrā, tunc suam, Elisabeth, eorundem Regnorum Reginam Illustram, præfati Regis confortem dilectissimam, coniunctim cum præfato Rege tenendam, regendam, & exercendam, per alias extendit pariter, & ampliavit. Postmodum vero, Nos, eodem Innocentio prædecessore, sicut Domino placuit, sublato de medio, divina favente clementia ad apicem summi Apostolatus assumpti, reservationem, & in administrationem, concessionem, factas huiusmodi, per reliquas nostras litteras motu, & scientia similibus approbavimus, & de novo concessimus, prout in singulis litteris prædictis, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus infererentur, haberi volumus pro sufficienter expressis, plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, dilectus filius Ioannes de Stuniga, dictæ Militiae Magister, Magistratum prædictum, quem obtinet, ad effectum, vt concessio prædicta votivum fortiantur effectu, sponte, & liberè resignare proponat. (2) Nos votis ipsius Ioannis in hac parte favorabiliter annuentes, ac volentes, tam præfatos Regem, & Reginam, qui, etiam Aragonum, Siciliæ, & Grana-tæ Reges existunt, ob eorum eximiæ devotionis erga Nos, & Romanam Ecclesiam affectum, ac integrum Fidem, necnon præclara, & singularia per eos hactenus pro Fidei Catholicæ Exaltatione, & infidelium depressione, gesta, favoribus prosequi gratiois, quam præfato Ioanni, nè propterea nimium dispensandum patiatur, de alicuius subventionis auxilio providere, ipsumque Ioannem, a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, dictique Magistratus qualitates, naturas, ac fructuum, reddituum, & proventuum illius

verum annum valorem, præsentibus pro expressis habentes, motu simili, non ad ipsorum Regis, & Reginæ, ac Ioannis, vel alterius pro eo Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra liberalitate, Fraternitati tuæ per Apostoli- ca scripta committimus, & mandamus, quatenus ab eodem Joanne, vel procuratore suo ad hoc ab eo specialiter cōstituto, resignationem huiusmodi, si illam in tuis manibus sponte, & li- berte facere voluerit, ut præfertur, auctoritate nostra, hac vicè dumtaxat, recipias, & admittas. Eaque per te recepta, & ad- missa, præfatis Regi, & Reginæ dicta auctoritate concedas, quod litteræ, ac concessio in administrationē huiusmodi, nec- non processus habiti per easdem litteras, & inde secuta quæ- cumque, à data præsentium valeant, plenamq; roboris firmi- tatem obtineant, & eis suffragentur in omnibus, & per omnia; etiam si dictus Magistratus tam per resignationē huiusmodi, quam aliàs quovis modo, aut ex alterius cuiuscumq; persona, seu per similem resignationem dicti Ioannis, vel cuiusvis alte- rius, de illo in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram No- tario publico, & testibus sponte factam, vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod eius collatio iuxta Lateranen. statu- ta Concilij, ad Sedem prædictam legitimè devoluta, ipseque Magistratus dispositioni Apostolicæ, aliàs specialiter, vel ex quavis causa, generaliter reservatus existat, & ad illum con- siveverit quis per electionem assumi: super eo quoq; inter ali- quos lis, cuius statum præsentibus haberi volumus pro expres- so, pendeat indecisa. (3) Necnon aliquem Regularem dictę Mi- litiæ locum, ad id aptum, & idoneum, in Monasterium dicti Ordinis, cum omnibus & singulis privilegijs, gratijs, libertati- bus, & immunitatibus aliorū dicti Ordinis Monasteriorū, quā- diu præfatus Ioannes vitā duxerit in humanis dumtaxat, dicta auctoritate erigas, ac illi, sic tunc erecto, totam provinciam, seu patriam de Serena, ad mensam Magistralē dicti Magistra- tus legitimè pertinentem, cum annexis, ac omnibus iuribus, & pertinentijs suis, necnon plena, libera, & omnimoda iurisdi- ctione, tam in spiritualibus, quam temporalibus, prout Magi- stri dictæ Militiæ pro tempore existentes habere consueve- rūnt, pro eius dote, dicta auctoritate applies & assignes, ac ab ipsa mensa ad vitam præfati Ioannis dumtaxat separe, & se- greges. Et nihilominus si erectionem, applicationē, assignatio- nē, separationē, & segregationē prædictas, per te, vigore præ- sentium fieri contigerit, ut præfertur, Monasterium prædictū cuiuscumque taxę, seu annui valoris illius, fructus, redditus,

Num. 3.

de jure

&

& proventus extiterit, quem etiam pro expresso haberi volu-
mus, ab eius primæva erectione huiusmodi tunc vacans, cum
annexis, ac omnibus iuribus, & pertinentijs supradictis, præfato
Ioanni, per eum, quoad vixerit, etiā cum omnibus, & singulis
Præceptorij, ac beneficijs Ecclesiasticis, cum cura, & fine cura,
quæ in posterum obtinebit, tenendum, regendum, & gubernan-
dum. Ita quod liceat sibi, debit is & consuetis dicti Monasterij
supportatis oneribus, de residuis illius fructibus, redditibus, &
proventibus disponere, & ordinare, sicuti aliorum Monasterio-
rum Abbates, qui pro tempore fuerint, de suorum Monasteriorum
fructibus, redditibus, & proventibus disponere, & ordinare
potuerunt, seu etiam debuerunt. Alienatione quoque tamē quo-
rumcumque honorū immobiliū, & pretiosorū mobiliū, sibi pe-
nitus interdicta, dicta auctoritate commendare procures, curā,
regimē, & administrationē dicti Monasterij, sibi in spirituali-
bus, & temporalibus plenariè committendo, ac faciendo, ei, à dilec-
tis filijs, & Cōvētu, obedientiā, & reverētiā congruētes, necnō
à vassallis, & alijs subditis dicti Monasterij, cōsueta servitia, &
iura sibi ab eis debita, integrè exhiberi. Et insuper si dilecti filii
moderni de Calamea, & de Castilnovo, domorū dictæ Militiæ,
Placētiñ, seu in illius Diœcesi Præceptores, Præceptorias dicta-
rū domorō, quas obtainent, etiam in eisdem, manibus tuis spōte
& liberè resignare voluerint, resignationes ipsas, ab eis, vel pro
curatoribus suis ad hoc ab eis specialiter constitutis, eadē au-
ctoritate recipias, & admittas: cīsq; per te receptis & admissis,
dictas Præceptorias etiam cuiuscumque annui valoris illarum
fructus, redditus, & proventus existant, sive per resignationes
huiusmodi tunc, sive etiam alijs quovis modo vacent, etiā cum
omnibus iuribus & pertinentijs suis eidem Monasterio quan-
diu præfatus Ioannes illud obtainuerit, præfata auctoritate
vñas, incorpores, & annexas. Ita quod liceat ex nūc eidē Ioan-
ni, per se, vel aliū, seu alios, corporalem Præceptoriarum, iu-
riumque & pertinentiarum prædictarū possessionē, propria au-
ctoritate liberè apprehendere: ac quandiu dictū Monasterium
obtainuerit, retinere, illorūque fructus, redditus, & proventus in
suis, ac Monasterij, & Præceptoriarū prædictarū usus, utilita-
tēque, cōvertere, Diœcesani loci, & cuiusvis alterius licentia su-
per hoc minimē requisita. (4) Et insuper dictū Monasteriū, ac
præfatū Ioannē, & tres personas dictæ Militiæ per eū nominan-
das, eorumque bona mobilia, & immobilia, præsentia, & futu-
ra, Clericos, & subditos, quandiu præfatus Ioannes, & aliæ no-
minandæ personæ huiusmodi, vitam duxerint in humanis, sub-

Num. 4.

Beati Petri, & Sedis prædictæ, atq; nostra protectione suscipias, ab omni iurisdictione, correctione, superioritate, visitatione, dominio, & potestate quoruūq; superiorum Ordinis, & Militiæ prædicatorū, ac aliorū Ordinariorū, Vicariorū quoq; & officialium, præterquā ipsius Ioannis, prorsus eximas, & totaliter liberes, ac præfatæ Sedi immediate subijcias. (5)

Num. 5. Ita quod Superiores, Ordinarij, Vicarij, & officiales præfati, etiā ratione delicti, cōtractus, vel rei, de qua ageretur, vbi eūq; cōmittatur delictū, iniatur cōtractus, aut res ipsa cōsistat, nullā in eos iurisdictionē, correctionē, superioritatē, dominiū, vel potestatē exercere, aut excommunicationis, suspēsionis, & interdicti, seu quasvis alias sentētias, cēsuras, & poenas Ecclesiasticas promulgare nō præsumat. Decernēdo omnes, & singulos processus, sentētias, cēsuras, & poenas, quos, & quas, per superiores Ordinarios, Vicarios, & officiales præfatos, seu quoscūq; alios, contra ipsos Ioānē, & alos sic exēptos, haberi, seu promulgari cōtigerit, & quæcumq; pro tēpore inde secuta, nulla, irrita, & inania, nulliusq; fore roboris, vel momēti. Ac faciēsper te, vel aliū, seu alios, ipsos, susceptione, exēptione, & liberatione præfatis, pacificè frui & gaudere, nō permittēs, eos per Superiorēs Ordinarios, Vicarios, & officiales præfatos, seu quoscūq; alios desuper quomodolibet molestari. Cōtradictores per cēsurā Ecclesiasticā, appellatione postposita, cōpescēdo. Invocato etiā ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. (6) Ac cū eis, vt quæcūq; quotāq; & qualiacūq; beneficia Ecclesiastica, cū cura, & sine cura, secularia, etiāsi Canonicatus, & præbēdæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia in Cathedralibus, etiā Metropolitanā, vel collegiatis, & dignitates ipse in Cathedralibus, etiā Metropolit. post Pōtificales maiores, aut in collegiatis Ecclesijs huiusmodi, principales, seu Parochiales Ecclesiæ, vel earū perpetuæ Vicariæ, aut præstimonia, præstimoniales portiones, vel simplicia beneficia, aut talia mixtim fuerint: & ad dignitates, personatus, administrationes, vel officia huiusmodi cōsueverint, qui, per electionē assumi, eisq; cura immineat animarū, si sibi aliās canonice cōferātur, aut ipsi eligātur, præsententur, vel aliās assumātur ad illa, & instituātur in eis, recipere, & in simul quoad vixerint, in titulum, vel commendam, prout eis videbitur, retinere. Illaque omnia, simul, vel successivē, simpliciter, vel ex causa permutationis, quoties eis placuerit, dimittere, & eidē cōmendācedere, ac loco dimissi, vel dimissorū aliud, vel alia, simile, vel dissimile, aut similia, vel dissimilia, beneficium, seu beneficia, Ecclesiasticum, vel Ecclesiastica,

Num. 6. quæ-

quæcumq; quotcumque, & qualiacumque, cum cura, & sine cura, secularia similiter recipere, & in titulum, seu commendam huiusmodi, quoad vixerint, ut præfertur, retinere. Necnō etiā debit is, & consuetis Beneficiorū in commendam retinendrum huiusmodi, supportatis operibus, de residuis illarum frumentis, redditibus, & proventibus disponere, & ordinare, sicuti illa pro tempore obtinentes, de illis disponere, & ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt (alienatione tamen quorumcumq; bonorum immobiliū, & pretiosorum mobilium dictorum beneficiorū in commendam obtinēdorum, eis penitus interdicta) liberè, & licitè valeant, eadem auctoritate dispenses. (7) Eifq; vt ob non observationem statutorum, sive diffinitionum dictæ Militiæ, tam Capituli Generalis, quam Apostolica auctoritatibus editorum, aliquid peccatū mortale non incurant; exceptis tamen tribus substantialibus votis, per eos in eorum professione emissis, concedas. (8) Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacij VIII. & quæ incipit: Volentes cōtra exēptos Innocentij IV. Romanorum Pontificum, etiam prædecessorum nostrum, ac generalis Concilij, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam nostra, qua dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia Ecclesiastica alijs vñiri, tenerentur exprimere verum valorem secundum cōmūnem aestimationem, tām beneficij vniēdi, quam illius, cui aliud vñiri peteretur, alioquin vnio non valeret, & semper in omnibus vocarentur quorum interesset. Statutis quoque, & cōsuetudinibus, stabilimentis, vñibus, & naturis Militiæ, & Ordinis prædictorum, ac Ecclesiarum, in quibus beneficia, & etiam in quarum Civitatibus, & Diœcesibus præstmonia, seu præstimonials portiones, aut simplicia beneficia huiusmodi forsan fuerint, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis. (9) Illis præsertim, quibus cavetur expresse, quod nullus præstmonia, præstmoniales portiones huiusmodi obtainere possit, nisi Cathedraliū, & Metropolitanarum Ecclesiarum, in quarum Civitatibus & Diœcesibus fuerint, ut præfertur, Canonicus actu præbēdatus, aut aliās in illis perpetuus beneficiatus existat. Privilegijs quoq; & indultis Apostolicis Militiæ, & Ordini prædictis concessis: quibus etiā caveretur, quod Monasteria dicti Ordinis commendari, & personæ Ordinis & Militiæ prædictorum à iurisdictione superiorum dictorum Ordinū eximi non possent, quiib[us] etiam si de illis, eorumque totis tenoribus pro illorum sufficiēti derogatione, specifica, expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non

Num. 7

Num. 8

Num. 9

autem per generales clausulas id importantes, mentio, seu quævis alia expressio habēda foret; tenores huiusmodi præsētibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliās in suo roboris permāsuris, hac vice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus; nechon omnibus illis, quæ præfatus Innocentius prædecessor in suis, & nos, in nostris literis prædictis voluimus nō obstatre contrarijs quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciēdis de Præceptorij huiusmodi, speciales, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus, generales, dictæ Sedis, vel Legatorum eius, litteras impetrarint: etiam si per eas ad inhibitionem, reservationē, & decretum, vel aliās quomodolibet sit processum: quas quidē litteras & processus habitos per easdem, & inde secuta, quæcumq; ad dictas Præceptorias volumus nō extendi: sed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Præceptoriarū, vel Beneficiorum aliorum præiudicium generari. (10) Seu si Superioribus, Ordinarijs, Vicarijs, Officiis, Cōvētui, vassallis, & alijs subditis præfatis, vel quibusvis alijs communiter, vel divisim, ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē. Et quibuslibet alijs privilegijs, indulgentijs, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorum existat, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non in inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri: & de quibus, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris specialis. (11) Volumus autem, quod propter vniōnem, annexionem, & incorporationem, si illæ vigore præsentium fiant, & effectum fortiantur, Præceptoriae, ac per dispēsationē, beneficia huiusmodi, debit is propterea nō fraudentur obsequijs, & animarum cura beneficijs prædictis, si qua illis immineat, nullatenus negligatur, sed dictarū Præceptoriarum consueta, & beneficiorum in cōmendam retinendorū huiusmodi, ante dicta onera congruē supportentur.

Num. 11

(12) Quodque cedente, vel decedente prefato Ioanne, seu Monasterium prædictum aliās quomodolibet dimittente, & Monasterium penitus extinctum, ac vnio, annexio, & incorporatio dissolutæ sint, & Præceptoriae in pristinum statum revertantur, ac per dissolutionem vacare censeantur, ac Provincia, & bona applicata huiusmodi, ad dictam Mensam Magistralē liberè pertineant, & etiā revertantur, vt prius, eo ipso. Liceatque eisdem Regi & Reginæ, seu Magistro, aut Administratori

Num. 12

pro

pro tempore existente dicti Magistratus, per se, vel alium, seu
alios, Provinciæ & bonorum prædictorum corporalem posse-
sionem, propria auctoritate libere apprehendere, & retinere,
in omnibus & per omnia, perinde ac si separatio prædicta fa-
cta nō fuisset, cuiusvis licetia super hoc minimè requisita. (13) Num. 13

Quodque priusquam præfatus Ioannes, Regimini, & admini-
strationi dicti Monasterij, ac bonorum illius, in aliquo se im-
misceat, fidelitatis debitæ, iuxta formam, quam sub Bulla no-
stra mittimus introclusam, solitum præstet iuramentū, ac for-
mam iuramenti, quod ipse Ioannes præstabit vobis, de verbo
ad verbum, per eius patentes litteras suo sigillo signatas, per
proprium Nuntium quam totius destinare procuret: quodq;
commissione, & facultatibus huiusmodi, etiā in parte vti pos-
sis, prout tibi videbitur expedire. Præterea quoad Cōmendā,
ac vniōnem, annexionem, & incorporationem prædielas, etiā
ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his a quo-
quam, quavis auctoritate, scienter, vel ignorantiter contigerit
attentari. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incar-
nationis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo
quarto, xij. Kalend. Iulij, Pontificatus nostri anno secundo.

An. 1494

IVLIVS II.

I Abbatii de Morimundo concedit ius visitandi, reformandi, & cor-
rigendi Magistrum, Praeceptores, Milites, & Fratres Militie
de Alcantara.



VLIVS EPISCOPVS, Servus ser-
vorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.
(1) Rationi congruit, & convenit honestati,
vt ea, quæ de Romani Pontificis gratia pro-
cesserunt, licet eius superveniente obitu, lit-
teræ Apostolicae super illis confectæ non fue-
rint, suum consequantur effectum, Dudum si-
quidem fœlicis recordationis Pius Papa II. prædecessor no-
ster, Ioannem tunc Abbatem Monasterij de Morimundo, Ci-
sterciensis Ordinis, Lingonen. Dicces. tunc in humanis agentē,
& successores suos dicti Monasterij Abbates pro tempore exi-
stentes, Visitatores, & reformatores Militiarum, Magistratuū,
Commendariarum Alcantaræ, Montesæ, & de Avis, sive Mili-

Concordat.

Num. 14

tiæ Iesu Christi, cum simili potestate, quam super Magistro Militiæ de Calatrava habebat, constituit, & deputavit, eisque, Magistratus, ac Militias, & Cōmendarias huiusmodi, tam Generali, quam alijs Magistris subiectas, necnon Commendatores, & Milites Militiarum earundem, quando & quoties expediens foret, per se, vel aliam personam idoneam ad id à Ioanne, & successoribus præfatis deputandam, visitandi, ac in capite & membris informandi, ac crimina & excessus delinquentium corrigendi, & puniendi: Contradictores quoque quoslibet, & rebelles, per censuras Ecclesiasticas, ac alia iuris remedia appellatione postposita compescendi, invocato ad id, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, aliaque circa præmissa necessaria, & opportuna faciendi, statuendi, & ordinandi, providendi, & exequendi, plenam, & liberam authoritate Apostolica, per suas litteras facultatem concesserat, prout in illis plenius continetur.

Num. 2. Et deinde, pro parte dilectorum filiorum Ioannis Moderni Abbatis dicti Monasterij, & Ioannis de Stuniga Magistri generalis dictæ Militiæ de Alcantara, piæ memorie Alexand. Pap. VI. & prædecessori nostro humiliter supplicato, ut litteras prædictas innovare, & approbare, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere, decernere, ac circa aliqua de novo statuere, & ordinare, aliasque in præmissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Num. 3. Idem prædecessor provide attendens, quod decebat Romanum Pontificem, ea, quæ per prædecessores suos, in favorem locorum Regularium concessa erant, approbare, & confirmare, Ioannem Modernum Abbatem, & Ioannem Magistrum præfatos, à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum infrascriptorum dumtaxat consequendum, absolvens, & absolutos fore censens, huiusmodi supplicationibus inclinatus, litteras prædictas, & omnia in eis contenta, auctoritate Apostolica, sub data videlicet sexto idus Ianuarij, Pontificatus sui anno secundo, approbavit, & innovavit, & patrocinio communivit,

Num. 4. ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere, decrevit. **(4)** Et nihilominus statuit, & ordinavit, quod nullus, nisi Ioannes Modernus, & pro tempore existens Abbas dicti Monasterij, seu deputandus ab eo, eundem Ioannem, & pro tempore existentes Magistros, & Commendatarios, Milites, & Fratres dictæ Militiæ de Alcantara corrigeret, & punire, eosque, ac dictæ Mi-

Militiae Praeceptorias, & loca quæcumque visitare, & reformatio
re possit. (5) Necnon quibuscumq; personis, cuiuscumq; digni
tatis, status, Religionis, excellentiæ, vel præminentia forent,
ne in Magistrum, Commendatarios, Milites, & Piores Militię
de Alcantara huiusmodi, seu illius Praeceptorias, & loca, visi
tationem, reformationē, seu superioritatem in aliquem exer
cere præsumerent, inhibuit. Ac decrevit, irritum, & inane, si
secus super his a quoquam quavis authoritate, scienter, vel ig
noranter contigerit attentare. (6) Non obstantibus constitu
tionibus, ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudi
nibus Monasterij, & Ordinis, ac Militiae prædictorū iuramēto,
confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis,
caterisque contrarijs quibuscumque. (7) Ne autem de absolu
tione, approbatione, innovatione, cōmonitione, decreto, statu
to, & ordinatione præfatis, pro eo quod super illis, ipsius Alex
andri prædecessoris nostri, eius superveniente obitu, litteræ
confessæ non fuerint, valeat quomodolibet hæsitari, ipseque
Ioannes, & Ioannes Magister, ac pro tempore existentes Abba
tes dicti Monasterij, & Magistri Generales illorum frustrentur
effectu, volumus, & præfata authoritate decernimus, quod ab
solutio, approbatio, innovatio, statutum, & ordinatio, & inh
ibitio, mandatum, & decretum prædicta, perinde a dicta die
suum fortiantur effectum, ac si super illis præfati Alexandri
prædecessoris litteræ, sub eiusdem diei data, & confessæ fuissent,
prout superius enarratur. Quodque præsentes litteræ ad
probandum plenè absolutionem, approbationem, innovatio
nem, commonitionem, decretum, statutum, & ordinationem
Alexandri prædecessoris huiusmodi, vbique sufficient, nec ad
id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis,
approbationis, innovationis, commonitionis, decreti, statuti,
& ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.
Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem
Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum
eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctū Petrum,
anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo ter
cio, sexto Kalend. Decembris, Pontificatus nostri anno pris
mo.

An. 1503

Num. 5.
Num. 6.
Num. 7.
Iul. II. fol.
83. n. 2.

IVLIVS II.

I Superiores litteras confirmat, etiam si de iure prætenso à Magistro de Calatrava, mentio facta in illis non fuerit.

Concordat.
Num. 1.



VLIVS EPISCPVS, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam (i) Honestis fidelium, præsertim sub suavi Religionis iugo Altissimo famulantium votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis. Dudum siquidem pro parte quondam Ioannis Abbatis Monasterij de Morimundo, Cisterciens. Ordinis, Lingonien. Diœces. & Ioannis de Stuniga Magistri Generalis Militiae de Alcantara dicti Ordinis, fœlicis recordationis Alexandro Papæ VI. prædecessori nostro, exposito, quod olim piæ memoriæ Pius Papa II. prædecessor noster, tunc suus, etiam quondam Ioannem Abbatem dicti Monasterij, tunc in humanis agentem, & successores suos dicti Monasterij Abbates pro tempore existentes, Visitatores, & Reformatores Militiarum, Magistratum, Commendariarum Alcantaræ, Montesiæ, & de Avis, sive Militiæ Iesu Christi, cum simili potestate, quam super Magistro Militiæ de Calatrava habebat, constituerat, & deputaverat, eisque Magistratus, Militias, ac Commendarias huiusmodi, tam Generali, quam alijs Magistris subiectas, necnon Commendatores, & Milites Militiarum earundem, quando & quotiens expediens foret, per se, vel aliâ personâ idoneâ ad id à Ioanne, & successoribus præfatis deputâdam, visitandi, ac in capite, & membris reformandi, ac criminâ, & excessus delinquentium corrigendi, & puniendi, contradictores quoque, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendi: Invocato etiam ad id, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, aliasque circa præmissa necessaria, & opportuna faciendi, statuendi, ordinandi, providendi, & exequendi, plenam, & liberam authoritate Apostolica per suas litteras facultatem concesserat. Ac eidem Alexandro pro parte Ioanni tunc Abbatis, & Ioannis Magistri generalis prædictorū supplicato, vt litteras prædictas approbare, & innovare, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, decernere dignaretur. Idem prædecessor, huius-

iusmodi supplicationibus inclinatus, litteras prædictas, ac omnia in eis cōtenta, authoritate Apostolica approbavit, & innovavit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere decrevit. Et statuit, & ordinavit, quod nullus nisi idem Ioannes, & pro tempore existens Abbas dicti Monasterij, seu deputandus ab eo, cumdem Ioannem, & pro tempore existentes Magistros, & Comendatores, Milites, & Fratres dictæ Militiæ de Alcantara, corrigere, & punire, eosque, ac dictæ Militiæ Præceptores, & loca quæcumque visitare, & reformare possent. Necnon quibus cumque personis, cuiuscumque dignitatis, status, religionis, excellentiæ, vel præminentia forent, ne in Magistrum, Comendatarios, Milites, & Fratres Militiæ de Alcantara huiusmodi, seu illius Præceptorias, & loca, visitationem, reformationem, seu superioritatem aliquam exercere præsumerent, inhibuit, ac decrevit irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis authoritate, scienter, vel ignorantiter contigerit attentari, prout in dictis, & in nostris inde confectis litteris, cùm idem Alexander prædecessor, antequam eius litteræ de super conficerentur, sicut Domino placuit, rebus fuisse ab humanis exemptus, pleniū continetur. Cùm autem in prædictis litteris, de privilegijs, indultis Apostolicis, ac certis iuribus Magistro, & Militiæ de Calatrava, contra visitationem, & reformationem, ac priores litteras huiusmodi, concessis, ac eisdem, quomodolibet competentibus, & certis compositionibus defuper initis, nulla mentio facta fuisse, & propterea sicut Nobis nuper pro parte Moderni Abbatis dicti Monasterij, ac Præceptorum, Militum, & Fratrum Militiæ de Alcantara prædictorum, exhibita petitia continebat, ipsi dubitant posteriores litteras prædictas de subreptionis vitio notari, & inutiles eis reddi posse tempore procedente. (2) Nos, ne propterea posteriores litteræ huiusmodi de subreptionis vitio notari valeant, & inutiles reddantur, providere, ipsosque gratio-
so favore prosequi volentes, ipsum Modernum Abbatem, Præceptores, Milites, & Fratres Militiæ de Alcantara huiusmodi, cuius, & alterius Militiæ de Calatrava, perpetuus Administrator per Sedem Apostolicam deputatus, Charissimus in Christo filius noster Ferdinandus Aragoniæ Rex illustris existit, a quibusvis excommunicationis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innodi existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censi-

Num. 2.

tes,

tes, moderni Abbatis, Præceptorum, Militum, & Fratrum Militiaæ de Alcantara huiusmodi, in hac parte supplicationibus inclinati, volumus, & præfata authoritate concedimus, quod posteriores litteræ, ac approbatio, innovatio, statutum, ordinatio, & decretum prædictum, valeant, plenamque roboris firmatatem obtineant, & eis suffragentur in omnibus, & per omnia, perinde, ac si in posterioribus litteris, de privilegijs, indultis, & iuribus Magistro, & Militiaæ de Calatrava concessis, vel quomodolibet competentibus, ac compositionibus desuper factis huiusmodi, plena mentio facta, & illis expresse derogatum fuisset, prout Nos, eis, & quibuslibet alijs concessionibus, & gratijs, etiam cum motu proprio, & cum clausula irritantis decreti, per Sedem prædictam concessis, etiamsi ad illorum derogationem, de illis, illorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Generales clausulas, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset: illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alijs in suo labore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, consuetudinibus, stabilitatis, usibus, & naturis Militiarum, & Ordinis huiusmodi, iumento, confirmatione etiam Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis; necnon omnibus illis, quæ idem Alexander prædecessor in dictis litteris voluit non obstatere, ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, voluntatis, concessionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius neverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctū Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinto, tertio Kalend. Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

An. 1505

IVLIVS II.

Ius decimandi agnos, & vitulos in Alcantara, & percipiendi tributum, el travesio de las Brocas, separationem aliquarum rerum à Mensa Magistrali, & Conventuali uniuersitatem

nem per Regem Ferdinandum factam, approbat, & confir-
mat.



V L I V S E P I S C O P V S, Servus ser-
rum Dei. Ad perpetuam rei memoriam (1)
Ea, quæ pro singularum personarum sub reli-
gionis iugo, ac etiam Fidei Catholice defen-
sione Domino famulantium, & militantium,
opportuna subventione providè, præsertim
per Catholicos Reges facta, & concessa dicun-
tur, libenter cùm a Nobis petitur, pro illorum substantia fir-
miori, Apostolico munimine confovemus. Sanè pro parte cha-
rissimi in Christo filij nostri Ferdinandi, Aragonum, & Siciliæ
Regis Illustris, ac dilectorum filiorum Prioris, & Fratrum do-
mus, Conventus nuncupatæ de Alcantara, Militiæ etiam de
Alcantara, Cistercieñ. Ordinis, Cauriens. Diœces. Nobis nuper
exhibita petitio continebat, quòd ipse Ferdinandus Rex eiusdē
Militiæ perpetuus Administrator in spiritualibus, & tempora-
libus per Sedem Apostolicam deputatus, proinde attendens,
quòd iuxta diffinitiones, ordinationes, & statuta dictæ Militiæ,
Magister, seu Administrator eiusdem Militiæ pro tempore exi-
stens, tenetur dare ex fructibus, redditibus, & proventibus mē-
sæ suæ Magistralis, dictæ Militiæ Priori, & Fratribus residenti-
bus in Conventu de Alcantara prædicto, victum, & vestitum,
pro eis, & eorum servitoribus, ac iumentis, seu mulis dictæ do-
mus, ultra fructus, & redditus ipsius Conventus: quodque in
Capitulo generali dictæ Militiæ de ipsius Ferdinandi Regis,
& Administratoris mandato, celebrato, fuit decretum, diffi-
nitum, & ordinatum, ut laboribus, & expressis Reformatoris,
seu Prioris, & Fratrum dicti Conventus parceretur, & ne va-
gandi, & se se distrahendi à divinis daretur occasio, certi reddi-
tus, & proventus eis consignarentur, quos ut alia bona ipsius
Conventus, ipse Prior, & Fratres haberent, & possiderent pro
victu, & vestitu, & alijs rebus prædictis, prævia quadam iuxta
moderatione iuxta eorundem exigentiam. Idem Ferdinandus
Rex, & Administrator, quædā molendina (hazeñas del Maestre
nuncupata) prope Pontem dicti oppidi de Alcantara consisten-
tia, ac decimas agnorum, & vitulorum eiusdem oppidi, ac cer-
ta iuua, & fructus ex animalibus per certos terminos, &
districtus ad alias partes traseuntibus (el Travesio de las Bro-
cas nuncupata) & dimidiam partem cuiusdam possessionis
(dehesa de los Castillejos de la Orden nuncupata) cum omni-

Concordat.
Num. 1.

bus iuribus, & pertinentijs suis, & emolumentis, ac eorundem fructibus, præsentibus, & futuris: necnon trecentas, & octuaginta tres mensuras fanegas, & octo celemines tritici, ac ducetas & quinquaginta mensuras, etiam fanegas nuncupatas, hordei, ex decimis tritici, & hordei, dicti oppidi de Alcantara, tūc ad Mensan Magistralē dictæ Militiæ pertinentes, ab eadem mensa ordinaria authoritate dismembravit, & separavit, ac Priori, & Conventui, ac Fratribus prædictis, & suis successoribus perpetuo, vt illa omnia, & singula habeant, & possident, & illis gaudeant provictu, & vestitu prædictis, & alijs rebus dicti Conventus; perpetuò applicavit, & approbavit, & incorporavit: ac in eorundem Prioris, & Fratrum usus, & utilitatem convertenda (alienatione tamen eorum eis prohibita) ac molendina, possessiones, mensuras tritici, & hordei, decimas, iura, & fructus huiusmodi arrendandi, ac locandi, ac vt de illis, tanquam ipsorum Conventus bonis, disponere possent, & valerent, ipsis Priori, & Fratribus plenam, & liberam facultatem concessit, prout in litteris ipsius Ferdinandi Regis eius sigillo munitis, seu instrumentis publicis desuper confectis, quorum omnium, & singulorum tenores, formas, & continentias, ac si de verbo ad verbum in præsentibus inferrerentur, pro sufficienter expressis haberi volumus, pleniùs dicuntur contineri. Quare pro parte Ferdinandi Regis, & Administratoris, ac Prioris, & Fratrum prædicatorum, Nobis fuit humiliiter supplicatum, vt dismembrationi, separationi, applicationi, appropriationi, & concessioni prædictis, pro illarum subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adjicere, aliasque in præmissis pro earumdem observatione opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur. (2) Nos igitur, qui, singulorum sub Religionis iugo

Num. 2.

Domino famulantium, opportunè subventioni salubriter providere cupimus, Ferdinandum Regem, ac Priorem, & Fratres præfatos, & quemlibet eorum, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore carentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, dismembratione, separatione, applicationem, appropriationem, unionem, incorporationem, & concessionem prædictas, & prout eis concernunt, omnia, & singula in dicti Regis litteris, seu instrumentis

con-

contenta, authoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, innovamus, & confirmamus; supplentes omnes, & singulos defectus, si qui forsan intervinerunt in eisdem, vel eorum aliquo. Et nihilominus pro potiori cautela, molendina, decimas, iura, fructus, possessionem, mensuras tritici, & hordei huiusmodi, à praedicta Magistrali Mensa de novo dismembramus, & separamus: ac ea omnia, & singula Priori, & Conventui, ac Fratribus praedictis, ac eorundem Prioris, & Fratrum pro tempore existentium successoribus, pro eorundem sustentatione huiusmodi, perpetuo eadem authoritate applicamus, appropriamus, & incorporamus, & concedimus, ac alias de novo etiam statuimus, diffinimus, & decernimus, & ordinamus. Itaque Prior, & Conventus, & Fratres praedicti, perpetuis futuris temporibus molendina, decimas, iura, fructus, possessionem, mensuras tritici, & hordei huiusmodi, tanquam bona ipsius Conventus arrendare, locare, aliasque de illis, sicuti de alijs eoruin, & dictorum Prioris, & Conventus, & Fratrum bonis, libere, & licite disponere possint, & valeant; alienatione tamen illorum, eisdem Priori, & Fratribus, & Conventui, iuxta prohibitionem dicti Ferdinandi Regis, & Administratoris prohibita. Decernentes ex tunc irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Militiae, & Ordinis praedictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, vobis, & naturis, privilegijs quoque, & indultis, ac gratijs, & concessionibus quibuscumque, Militiae, & Ordini, nec non Magistro, seu Administratori, aut alijs personis Militiae, & Ordinis praedictorum, sub quibuscumque verborū formis, clausulis, etiam motu proprio concessis; quibus, illorum tenores pro sufficienter exprefsis habentes, illis alias in suo robore permanuris, hac vice harum serie specialiter, & expresse dero gamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostræ absolutionis, approbationis, innovationis, confirmationis, suppletionis, applicacionis, appropriationis, incorporationis, concessionis, statuti, distinctionis, decreti, ordinationis, & derogationis infringere, vel ei auctu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorū Petri, & Pauli Apostolorum eius se haverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ

An. 1506

millesimo quingentesimo nono, sexto Kalend. Augusti, Pontificatus nostri anno sexto.

LEO X.

Approbat contractum inter dispositores D. Nicolai de Ovando, & D. Ferdinandi de Vega, & applicationem Conventui factam.

Concordat.
Num. 1.



E O E P I S C O P V S, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) His, quæ pro litibus submovendis, pacis fœderibus inter fideles quoslibet conservandis, concordia facta dicuntur, ne in recidivæ contentionis scrupulum relabantur, sed firma persistant, libenter cùm à Nobis petitur, Apostolici muniminis firmitatem adiicimus, ac alias desuper congruas provisiones adhibemus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum Ferdinandi de Vega, Præceptoris maioris Militiæ Sancti Iacobi de Spata, Ordinis Sancti Augustini, Provinciae Castellæ, & Petri de Ecobar Prioris, & Didaci Moreno, Sacristæ Monasterij Conventus nuncupati Sancti Benedicti de Alcantara, Militiæ etiam de Alcantara, Cisterciens. Ordinis, Cauriens. Diœcesis, petitio continebat, quòd alias postquam charissimus in Christo filius noster Ferdinandus, Aragoniæ, & vtriusque Siciliæ Rex Illustris, qui præfatæ Militiæ de Alcantara, perpetuus Administrator per Sedem Apostolicam deputatus existit, ex certis rationabilibus causis præfato Ferdinando de Vega Præceptoris vsumfructum quadrundam domorum, & aliarum hæreditatum, in Indijs, & Insula Espaniola nuncupata, & oppido de Sancto Dominico, & alijs locis consistentium, per quondam Nicolaum de Ovando, dum in humanis ageret, dictæ Militiæ de Alcantara Præceptorem maiorem relictorum, cùm ex certo statuto, seu stabilimento præfatæ Militiæ de Alcantara, omnia bona immobilia per quemcumque Militem, seu Præceptorem ipsius Militiæ de Alcantara, tempore sui obitus relicta ad Mensam Magistralem eiusdem Militiæ de Alcantara pertineant, & illius Magister pro tempore existens, eorumdem bonorum usufru-

Et uarius existat, ad libitū voluntatis ipsius Regis, & Administratōris, sub certis modo & forma tūc expressis, donaverat, & cōcesserat: & dictus Ferdinādus Præceptor donationis, & cōcessio nis huiusmodi vigore, domorum, & aliorū bonorū prædictorū possessionem asscurus fuerat, cūm Petrus, & Didacus præfati executores testamēti dicti Nicolai pro executione sui officij, & exoneratione cōsciētiae ipsius Nicolai, nōnulla ex prædictis bonis accepissent, ac propterea inter eos, & præfatū Ferdinādū Præceptorē, quæstionis materia corā certis iudicibus in partibus illis orta fuisset, formidaretur, quòd nisi de remedio salubri celeriter provideretur, non solum lites, verūmetiā damna, scādala, & incōveniētia plura inde exoriri possent, Ferdinādus Præceptor, & executores præfati, interveniētibus nōnullis eorum communibus amicis, ad infrascriptam amicabilem cōpositionem, & concordiam devenerunt, inter alia videlicet, quòd Ferdinandus de Vega Præceptor donatione, & concessione sibi per dictum Regem factis huiusmpdi, iuxta illarum tenorē, & formā vteretur, potiretur, & gauderet: & executores præfati ex alijs bonis mobilibus per dictum Nicolaum relictis tenerētur dare, & darēt eidem Ferdinando Præceptorī certam pecuniarum summam tunc expressam, tum ratione expensarum in dictis domibus per ipsum Ferdinandum Præceptorem factarum, quām etiam vt domos ipsas, quæ adhuc completae non erant, perficeret, & nonnulla alia tunc expressa adimpleret. Et deinde cūm Ferdinādus Præceptor, & executores prædicti cōcordiam huiusmodi in medium adduxissent, illamque præfato Regi tanquā Administratori, ac dilectis filijs Prioribus, Præceptoribus, Militibus, & alijs Fratribus dictæ Militiæ de Alcātara retulissent, Rex, & Administrator, ac Priors, Præceptores, Milites, & alijs Fratres huiusmodi, celebrato desuper Capitulo in oppido Vallisoleti Palentiñ. Diœces. vbi tūc Regis, & Administratoris prædicti Curia residebat, providè attendētes, quòd illa in evidentem vtilitatem, & bonorum ipsius Militiæ de Alcantara cedebat, concordiam ipsam ad Ferdinandi Præceptoris, & executorum prædictorum supplicationem, laudarunt, approbarunt, & confirmarunt, ipsiq; Rex, & Administrator, ac Capitulū, volentes divinum cultum in dicto Monasterio augeri, ac dilectis filijs illius Religiosorum commoditatibus confulere, domos, & alia bona immobilia prædicta à mēsa Magistrali dictæ Militiæ de Alcantara dismēbrarunt, & separarunt, ac cessante concessione vsusfructus illarum præfato Ferdinandi Præceptorī per dictum Regem, & Administratorem

facta, huiusmodi domos, & alia bona prædicta eidem Conventi
 tui perpetuò applicarunt, & appropriarunt, vt ex eorū fructibus
 in ipso Conventu iuxta laudabile eiusdem Nicolai desiderium,
 qui vita sibi comite hoc summopere desiderabat, copio-
 sior religiosorum numerus sustētari valeret, ac divinus cultus
 ibidem in incrementum fusciperet, prout in litteris patētibus
 ipsius, & diversis instrumentis publicis desuper respectivè con-
 fectis dicitur pleniùs contineri. Quare pro parte tam Ferdinā-
 di Regis, & Administratoris, ac Priorū, Præceptorum, Militū,
 & Fratrum Militiæ de Alcantara, quām Ferdinandi Præcepto-
 ris, & executorum prædictorum, Nobis fuit humiliter suppli-
 catum, vt concordiæ, compositioni, dismembrationi, separa-
 tioni, applicationi, & appropriationi, ac litteris desuper con-
 fectis prædictis, robur Apostolicæ confirmationis adiucere, ac
 alias in præmissis opportunè providere, de benignitate Aposto-
 lica dignaremur. Nos igitur, qui inter singulos pacis, & cōcor-
 diæ vincula cōservare cupimus, Priors, Præceptores, Milites,
 Fratres, Ferdinandum Præceptorē, & executores præfatos, ac
 eorum singulos, à quibusvis excōmunicationis, suspensionis, &
 interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis,
 à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus
 quomodo libet innodati existunt, ad effectum præsentiu dum-
 taxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fo-
 re censentes, ac litterarum, & instrumentorum prædictorum
 tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, præsentibus
 pro sufficienter expressis, & insertis habentes, huiusmodi sup-
 plicationibus inclinati, concordiā, & cōpositionem, dismem-
 brationem, separationē, applicationem, & appropriationem,
 ac litteras prædictas, necnō omnia & singula, in litteris, & in-
 strumentis prædictis contenta, & inde secuta quæcumq; abs-
 que præiudicio tertij, auctoritate Apostolica tenore præsen-
 tiū approbamus, innovamus, & cōfirmamus, ac perpetuum
 firmitatis robur obtainere, & firmiter observari debere decer-
 nimus: supplentes omnes & singulos defectus iuris & facti, si
 qui forsan intervererint in eisdē. Et nihilominus præfato Fer-
 dinando de Vega vsumfructum domorum, & aliarū hæredita-
 tum, & bonorum prædictorum, iuxta tenorem, & formam cō-
 cessionis Regis, & administratoris huiusmodi, de novo conce-
 dimus, domosq; & bona ipsa, cum eorū fructibus, à dicta Ma-
 gistrali mensa eisdem auctoritate, & tenore perpetuò dismem-
 bramus, & separamus, illaque cum eorum fructibus, postquā
 concessio Regis, & Administratoris huiusmodi cessaverit, vt

præfertur, Monasterio S. Benedicti huiusmodi, vt maior inibi
 Religiosorum numerus cum maiori divini cultus augmento
 sustentari valeat, etiam ex nunc prout ex tunc, perpetuò appli-
 camus, appropriamus, vnimus, & incorporamus, modo, & for-
 ma in litteris prædictis contentis. Quo circa Venerabilibus Fra-
 tribus nostris Caerien. & Placentin. Episcopis, ac dilecto filio
 Abbatii secularis & Collegiatæ Ecclesie dicti oppidi Vallisole
 tan per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo,
 aut unus eorū, per se, vel aliū, seu alios præsentes litteras, & in
 eis contenta quæcumque, vbi, quando opus fuerit, & quoties
 pro parte Ferdinandi Regis, & Administratoris, ac Priorum,
 Praeceptorum, Militum, & Fratrum, necnon Ferdinandi Prae-
 ceptoris, & executorum prædictorum, seu alicuius eorū desu-
 per fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmis-
 sis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate
 nostra concordiam, compositionem, separationem, applicatio-
 nem, & appropriationem, vniōnem, & incorporationem huius
 modi, per censuram Ecclesiasticam firmiter observari, nō per-
 mittentes eos desuper per quoscumque quomodolibet indebi-
 te molestari. Et nihilominus eos, quos concordiam, composi-
 tionem, dismembrationem, separationem, applicationem, ap-
 propriationem, vniōnem, & incorporationem prædictas mi-
 nimè observasse, & illis contravenisse eis confiterit, censuras
 huiusmodi incurrisse declarant, & in eventum declarationis
 eiusdem, ac legitimis super his servatis processibus, censuras
 ipsas, quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggravare procurēt,
 & loca, in quibus eos morari, seu ad quæ declinare contigerit,
 Ecclesiastico supponant interdicto. Contradictores quoslibet,
 & rebelles, per easdem censuras, appellatione postposita com-
 pescēdo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij
 secularis. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, &
 ordinationibus Apostolicis, necnon Militiarum Ordinum, &
 Monasterij prædictorum, iuramento, confirmatione Apostoli-
 ca, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, stabilimentis,
 vīsibus, compositionibus, & naturis, privilegijs quoque, & in-
 dultis Apostolicis, illis communiter, vel divisiim, sub quibusvis
 cumque verborum formis, & clausulis, etiam cum quibusvis
 derogatoriis derogatorijs, alijsque fortioribus, efficaciorebus,
 & insolitis clausulis, irritantibusq; & alijs decretis respe-
 ctivè concessis, innovatis, & confirmatis: quibus, etiamsi de il-
 lis, eorumq; totis tenoribus, pro eorum sufficienti derogatio-
 ne, de verbo ad verbum, non autē per clausulas generales idem
 impor-

importantes mentio, seu quævis alia expressio habēda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servāda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbū, & forma in illis tradita, observata, inserita forent, præsentibus pro expressis habētes, illis alijs in suo robore permāsuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expreſſe derogamus, contrarijs quibuscumque. Aut si Prioribus, Præceptoribus, Militibus, & Fratribus, ac Ferdinando de Vega, & executoribus præfatis, vel quibusvis alijs cōmuniter, vel diviſim, ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominū licet hanc paginā nostræ absolutionis, approbationis, innovationis, confirmationis, decreti, suppletionis, applicationis, appropriationis, vniōnis, incorporationis, dismembrationis, separationis, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctū Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo tertio, decimoquarto Kalend. Novembris, Pontificatus nostri anno primo. Locus plumbi.

An. 1513

L E O X.

I Decr̄vit, Magistrum, Præceptores, Milites, & Fratres de Alcántara, observare teneri normam, & Regularis vitæ modum, quem Abbas, & Capitulum Cisterciens. Magistro, & Fratribus de Calatrava observandum tradidere.

Concordat.
Num. 1.



EO EPIS COPVS, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) Supernæ providentia Maiestatis, à qua ordinem univerſa fuscipiunt, gregis Dominici curam gerentes, vota fidelium quorumlibet, præferim Catholicorum Regum, & Principum, per quæ religiosarum personarum status, & Religionis cultus, & regularis disciplinæ vigor, salubriter stabilitur, ad exauditionis gratiam libenter admittimus; & ut votivum fortiantur effectum, opem, & operam impendimus effica-

efficaces. Sanè pro parte charissimi in Christo filij nostri Ferdinandi, Aragonum, & utriusque Siciliae Regis Illustris, qui etiam Magistratus Militiae de Alcantara, Cisterciens. Ordinis, perpetuus Administrator per Sedem Apostolicam deputatus existit, exhibita Nobis nuper petitio continebat, quod cum Magistro pro tempore existenti, & Fratribus dictæ Militiae nullus reperiatur hactenus traditus, vel institutus vivendi modus, quem, pro divinis nominis gloria, & eorum animarum salute, debeant observare, licet pro maiori parte regularibus institutis Militiae de Calatrava dicti Ordinis, à qua forsan dicta Militia de Alcantara originē traxit, & cuius privilegijs, ac indultis vtuntur, potiuntur, & gaudent, se hactenus conformare consuerint, si Magistro, & Fratribus de Alcantara huiusmodi, qui nunc sunt, & pro tempore fuerint, ille idem traderetur, & institueretur vivendi modus, qui per tunc Abbatem, & dilectos filios Conventum Monasterij Cistertij, Cabiloneñ. Dicēces. in Generali Capitulo dicti Ordinis Magistro, & Fratribus dictæ Militiae de Calatrava traditus, & institutus, & deinde per fœlicis recordationis Innocentium PP. III. prædecessorem nostrum, authoritate Apostolica approbatus, & cōfirmatus fuit, profecto ex hoc, in dicta Militia de Alcantara grata Deo, atq; accepta, & illius Fratribus pro tempore existētibus salutifera, & proficia, eorumque vitæ exercitio satis congrua, & conveniens, regularis vigeret disciplina. Quare pro parte dicti Ferdinandi Regis Nobis fuit humiliter supplicatum, vt in dicta Militia de Alcantara, eos disciplinæ normam, & Regularis vitæ modum, quos dicti Abbas, & Conventus, Magistro, & Fratribus dictæ Militiae de Calatrava, observandum tradiderunt, instituere, & plantare, ac pro tempore existentes Magistrū, & Fratres dictæ Militiae de Alcantara, de cætero ad illorū observationem omnino teneri, decernere, & ordinare, aliasq; opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur. (2) Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, in dicta Militia de Alcantara, eos disciplinæ normā, & regularis vitæ modum, quos Abbas, & Conventus præfati, Magistro, & Fratribus dictæ Militiae de Calatrava observandum tradiderunt, auctoritate Apostolica tenore præsentium instituimus, & plantamus. Ac pro tempore existentes Magistrum, & Fratres dictæ Militiae de Alcantara, ex tunc de cætero in perpetuum, ad illorum observationem omnino teneri decernimus, & ordinamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Militiae de Alcantara, & Ordinis prædictorū, iuramen-

Num. 2.

to,

to, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robora-
tis, statutis, & consuetudinibus, ac stabilimentis, vīsbus, & natu-
ris, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem
Militiae de Alcantara, sub quibusvis verborum formis conce-
sis: quibus etiam si pro eorum sufficienti derogatione, de illis,
eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indi-
vidua mentio, & quālibet alia expreſſio habēda, seu exquisita
forma servanda foret: tenores huiusmodi, ac si de verbo ad ver-
bum infererentur, præsentibus pro sufficienter expressis ha-
bentes, hac vice dumtaxat, illis aliās in suo robore permanfu-
ris; harum serie, specialiter, & ex preſſe derogamus, cæterisque
contrarijs quibuscumq; (3) Per hoc autem Magistrum, & Fra-
tres de Alcantara, Magistro, & Fratribus Militiae de Calatrava
huiusmodi, in aliquo subiçere non intendimus. Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam nostræ institutionis,
plantationis, decreti, ordinationis, & derogationis infringere,
vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare
præsumperit, indignationem Omnipotētis Dei, ac Beatorum
Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat.
Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ
millesimo quingentesimo quartodecimo, pridie Kalend. Fe-
bruarij, Pontificatus nostri anno secundo.

Num. 3.

An. 1514

INNOCENT. III.

Concordat.
Num. 1.

INNOCENTIVS EPISCO PVS, Ser-
vus servorum Dei. (i) Dilectis filio Marti-
no Magistro, & Fratribus Ordinis de Cala-
trava, tām præsentibus, quām futuris, secun-
dum Ordinem Cisterciensium Fratrum vi-
ventibus. Innocentius PP. III. Quotiens à
Nobis petitur, quod Religioni, & honestati
convenire dignoscitur, animo Nos decet libenti concede-
re, & petentium desiderijs congruum suffragium impartiri.
Eapropter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus
clementer annuimus, & fœlicis recordationis Alexandri, &
Gregorij prædecessorum nostrorum Romanorum Pontifi-
cum

cum vestigijs inhærentes, præfatum locum de Calatrava, & locum de Salvatierra, in quo, ad serviendum Domino estis obsequio mancipati, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. (2) In primis siquidem statuentes, vt institutio, quam Abbas, & Fratres Cisterciens. vobis in eodem loco morantibus, non vt familiari bus, sed vt veris Fratribus fecisse dicuntur, perpetuis temporibus ibidem inviolabiliter observetur. Videlicet, vt Militibus armis accincti, contra Saracenos, pro tutione Christiani populi fideliter dimicetis. (3) Præterea, ea quæ de victu, & vestitu vestro, præfati Abbas, & Fratres Cisterciens. & universum Capitulum eiusdem Ordinis à vobis Regulariter observanda sanxere, vobis nihilominus confirmamus, videlicet, vt lineis in femoralibus tantum vobis liceat vti, vestes quoque moderatas, honestas, & commodas, secundum consilium Morimundi filii Abbatis, & Magistri vestri, cum scapularijs, pro habitu Religionis habebitis. Vestiti, & cincti dormietis, & in Oratorio, Refectorio, Dormitorio, & in coquina silentium iuge tenebitis. Cavebitis autem, ne in qualicumque veste, aut superfluitatis argui, aut curiositatis notari possitis. Tribus vero in hebdomada diebus, id est, feria tertia, quinta, & die Dominica, cum præcipuis solemnitatibus vobis carnis vesci licebit, uno tantum ferculo, & viuis generis, quantum ad carnes pertinet, contenti eritis: & ad mensam silentium ubique tenebitis. Ab Exaltatione quoque Sanctæ Crucis, vsque ad Pascha, tribus diebus, scilicet secunda feria, quarta, & sexta, præter Natalem Dominicam, Epiphaniam Iepantem, & festivitates, omnium sanctorum, & Apostolorum, omnes qui præsentes domi fuerint, in septimana qualibet iejunabunt. Qui autem in castris Militare fuerint, pro Magistri arbitrio ieunia observabunt. (4) Præterea qualescumque possessiones, qualiacumque bona, eadem domus impræsentiarum iuste, & canonice posidet, aut in futurum concessionem Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, præstate Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata manere cœsemus. In quibus hæc proprijs duximus vocabulis exprimenda Calatrava cum portatitijs suis, & quintis, & omnibus pertinentijs suis. Castellum de Caraçuel cum pertinentijs suis. Castellum de Alarcos cum pertinentijs suis. Castellum de Benavente cum omnibus pertinentijs suis. Castellum de Sufra cum pertinentijs suis. Castellum de Malagon cum portatitijs, & alijs pertinentijs suis. Castellū de Guadalerça cum

Num. 2.

Num. 3.

Num. 4.

cum pertinentijs suis. Domum de Nambroca cum pertinētijs suis. Domos de Toleto cum tendis, molendinis, vineis, terris, & hortis. Ecclesiam Sancti Romani vltra Tagum, cum pertinentijs suis. Domos de Talavera cum vineis, olivetis, hortis, molendinis, canalibus, puteis, & cum aldeis, & alijs pertinētijs suis. Domos de Salamantela cum pertinentijs suis. Domos de Maqueda cum vineis, hortis, terris, & cū alijs pertinentijs suis. Mendeno cum suis pertinentijs. Sotello cum suis pertinentijs. Castellum de Azeca cum suis pertinentijs. Casafola cum suis pertinentijs. Alfondega, & Figuerola cum suis pertinentijs. Castellum de Ciruelos cum suis pertinentijs. Castellum de Zorita cum portatitijs, quintis, aldeis, & alijs pertinentijs suis. Castellum de Almoguera cum portatitijs, quintis, aldeis, & alijs pertinentijs suis. Balaga cum pertinentijs suis. Almonacir cū pertinentijs suis. Pangia & Avinon cum suis pertinentijs. Cafas de Collado, & Verninches, & de Huebra cum pertinentijs suis. Medietatem de Moratala cum pertinentijs suis, Castellum de Cogolludo cum aldeis, & pertinentijs suis. Hæreditatem de Molina cum domibus suis, & cum aldea de Merla cum pertinentijs suis. Ecclesiam Sancti Salvatoris de Soria. Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Villares Pardos, cum omnibus domibus, aldeis, vineis, & pertinentijs suis. Castellum de Alcovilla cū suis pertinentijs. Verecosa cum Baldavin, Ecclesijs, & pertinentijs suis. Castellum Rubeum cum omnibus pertinentijs suis. Villam de Valverde cum pertinentijs suis, Burguete in Navarra cum Ecclesia, & alijs pertinentijs suis. Formella cum pertinentijs suis. Hospitale de Bellote cum Ecclesia, & pertinētijs suis. Domum de Fermosella cū hæreditatibus, & pertinentijs suis. Quintanella in Bureva cum suis pertinentijs. Hæreditatem de Alvellos cum domibus & suis pertinentijs. Villas de Peiros & Canes in Campo de Monnio cū suis pertinentijs. Terradellos ibidem cum pertinentijs suis. Fontaria, iuxta Amian cum pertinentijs suis. Palatia in ripa de Pisuerga cum pertinentijs suis. Hamusco in Rivo de Esgueva cum pertinentijs suis. Vallarabona in Episcopatu Palentiae cum pertinentijs suis. Sancta Maria de Donechia super rivum de Pisorga, & villam Ramiro in Alcor de Otilla, & hæreditates in termino de Corel cum pertinentijs suis. Padillam, & Ecclesiam Sanctæ Mariæ cum pertinentijs suis. Medietatem de Abarca cum Ecclesia ipsius loci, & pertinentijs suis. Ravanal cum Ecclesia iuxta Castrum viride cum pertinentijs suis. Val in Ripa de Ezla cum pertinentijs suis. Naua cum pertinentijs suis. Cafo in Asturijs cum Ecclesia,

& pertinentijs suis. Vilester, iuxta Bambā, & Pallos in Ripa de Doiro, cum pertinentijs suis. Ecclesiam S. Mariæ de Zamora. Pinos in Gallicia, cū pertinentijs suis. Congela in Gallicia, iuxta Allariz, & domus de Albariz cum pertinentijs suis. Domus de Troncofo, & Mina, cum vineis, terris, & pertinentijs suis. Domus de Benevento super Orbignum cum pertinentijs suis. Vanaxandines, in terra de Astorga, cum domibus, & pertinentijs. Ecclesiam de Maxorica cum domibus, & pertinentijs suis. Pereri inter Civitatem Roderici, & Troncofo, cum omnibus possessionibus, & pertinentijs suis. Domos de Segovia cum tendis, vineis, & alijs pertinentijs suis. Friger cum omnibus pertinentijs suis. In Portugal in Civitate quæ dicitur Estora, duos Alcazares, vetus, & novum, cum omni hæreditate Regia, & alijs pertinentijs suis, & cum Hospitali à vobis in ipsa civitate fundato, cum Capella S. Michaelis, ad recipiendos pauperes, peregrinos, orphanos, & captivos, qui, se à subiectione Saracenorū, subtraxerunt. Castellum de Culuchio cum pertinentijs suis. Domus de Santaren cū hæreditate Regia de Hortalaguna, & pertinentijs suis. Castellum de Alcanet & Alpedriz cū omnibus pertinentijs suis. Benamisi cū suis pertinentijs. Iuxomenia, Alhofeyra, Caçarabaton & Oriz cum pertinentijs suis. Castellum de Benavento, & villa de Malfara cum omnibus suis pertinentijs. Domos de Vlysbonæ. Domos de Montemayor novo, cum hæreditatibus, & pertinentijs suis. Silvam obscurā, Panoyas, Atehi, Avis, cum pertinentijs suis. In Aragon Castellum de Alcaniz, cum villis, aldeis, & alijs pertinentijs suis. Medietatem de Maella cum olivetis, & pertinentijs suis. Pomer cum pertinentijs suis. Salvam-terram, Castellum de Dueñas, Ronda, Sanctum Silvestrum. Medietatem de Velozoy, Constanç, & Emforlopez. Castrumlege, Ferrer, Canieles, & Orco àum pertinentijs suis. Quintanella de Riofresno, Sanctum Felicem de Barrios cum pertinentijs suis, Sanctum Nicolaum de la Mina & Sequella cum pertinentijs suis. (5) Sanè laborū vestrorum, quos proprijs manibus, aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis decimas, vel primitias extorquere præsumat. (6) Liceat quoq; vobis Clericos, vel laicos liberos, & absolutos è seculo fugientes ad conversionem recipere, & Fratres conversos cum generalibus litteris Abbatum eorum recipere, & eos sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, vt nulli Fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionē, fas sit sine Magistri sui

Num. 5.

Num. 6.

- Num. 7. licentia , nisi ad Cisterciēn. Ordinem duxerit transeundum, de eodem loco discedere. Discedentem verò absque communiū litterarum cautione , nullus audeat retinere. (7) Cum autem generale interdictum terræ fuerit , liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis , & interdictis , non pulsatis campanis, suppressa voce , divina officia celebrare. (8) Liceat etiam vobis in locis vestris , sine manifesto dispendio vicinarum Ecclesiarum Oratoria construere , in quibus Fratres , & familiæ vestræ divinum audire officium , & Christianam habere valeant sepulturam. (9) Clerici quoque Ordinis vestri, Clericum Priorem habeant , cui professionem faciant , reverentiam, ac subiectionem impendant. (10) Nihilominus verò præsenti decreto sancimus , vt si quis in aliquem Fratrum vestrorum temerarias manus iniecerit, nisi rationabilis causa existat, excommunicationis sententia sit astrictus: & illud pro tutella vestra , tam infententia, quam pœna servetur, quod sub Innocentio Papa de Clericorum tuitione noscitur institutum. (11) Regulares , & antiquas consuetudines Ordinis vestri, à prædecessoribus vestris , & à vobis hactenus observatas, aliqua levitate mutari , seu etiam possessiones domorum vestrarum alienari , nisi de Magistri providentia fiat , cum consensu capitulo, vel maioris, & senioris partis , authoritate Apostolica fieri prohibemus. Prohibemus insuper , vt infra fines Parochiarum vestrarum , quas à Sarracenis acquisistis, vel in posterum acquiretis , Capellas , vel Oratoria , seu Ecclesiæ , nullus audeat sine assensu vestro construere , nisi vos pro necessitate populi duxeritis construendas. In quibus, cum constructæ fuerint , liceat vobis Clericos eligere , & Episcopis præsentare , quibus , si idonei fuerint , ipsi curam animalium committant , vt ei de spiritualibus , vobis autem de temporalibus debeant respondere. (12) Præterea novas , & indebitas exactiones ab Archiepiscopis , Episcopis , Archidiaconis , seu Decanis , alijsve Ecclesiasticis , sæcularibusve personis , vobis omnino fieri prohibemus. (13) Chrisma verò , Oleum Sanctum , consecrationes Altarium , seu Basilicarum vestrarum , Ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi , & cætera Ecclesiastica Sacra-menta , à Diœcesano suscipiatis Episcopo , siquidem Catholicus fuerit , & gratiam , atque communionem Apostolicæ Sedis habuerit , & ea gratis vobis , & absque præiudicione aliqua voluerit exhibere. Alioqui liceat vobis quem-

quemcumq; malueritis Catholicum adire Antistitem, qui nimirū nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. (14) Inhibemus adhuc, ne interdictos, vel excommunicatos, ad officium, vel communionem Ecclesiasticam, quisquam admittat, nisi forte periculum mortis immineat, & de satisfacendo, quam primum potuerint, dederint cautionem. (15) Paci quoque, & tranquillitati vestræ paterna in posterum solicitude provide volentes, auctoritate Apostolica prohibemus, ut intra clausuras locorum vestrorum nullus violentia, vel rapinam, seu furtum committere, ignem apponere, hominem temere capere, vel interficere, aliqua temeritate praesumat. (16) Ad hæc libertates omnes, & immunitates à Regibus, & Principibus, alijs Ecclesiasticis, secularibusve personis, domui rationabiliter vestræ cōcessas, & hactenus observatas, ratas habemus, & eas futuris temporibus illibatas manere sancimus. (17) Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, praefatū locū temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorū gubernatione, ac sustentatione concessa, suis vīsibus omnimodis profutura, salva in omnibus Apostolicæ Sedis auctoritate. (18) Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam, sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundò, tertiovè commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere, de perpetrata iniustitate cognoscat, & à Sacratissimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine divinæ subiaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipient, & apud districtum iudicem premia æternæ pacis inveniant, Amen, Amen, Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Octavianus Hostiensis, & Vellei Episcopus.

Ego Petrus Portuensis, & Sanctæ Rufinæ Episcopus.

Ego Ioannes Alban. Episcopus.

Ego Pand. Basil. xij. Apostolorum Presbyter Cardinalis.

Ego Perus Sanctæ Ciciliæ Presbyter Cardinalis.

Ego Iord. Sanct. Puden. Pastoris Presbyter Cardinalis.

Ego Guido Sanctæ Mariæ trans Tiberim Calixti Presbyter Cardinalis.

Num. 14

Num. 15

Num. 16

Num. 17

Num. 18

Ego Hugo Sancti Martini Equitij Presbyter Cardinalis.
 Ego Cinthius Sancti Laurentij in Lucina Presbyt. Cardinalis.
 Ego Ioannes Sanctæ Priscæ Presbyter Cardinalis.
 Ego Gratianus Sanctorum Cosmi, & Damiani Diaconus Cardinalis.
 Ego Gregorius Sanctæ Mariæ in Aquiro Diaconus Cardinalis.
 Ego Gregorius Sancti Gregorij ad vetus aureum Diaconus Cardinalis.
 Ego Nicolaus S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis.
 Ego Gregorius Sancti Angeli Diaconus Cardinalis.
 Ego Centius Sanctæ Luciæ in Ortea Diaconus Cardinalis.
 ¶ Dat. Lateran. per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij,
 Cancellarij vicem agentis iv. Kalend. Maij, Indictione secunda,
 Incarnationis Dominicæ anno M.C. XCIX. Pontificatus verò
 Domini Innocentij Papæ III. anno secundo.

An. 1199

GREGORIVS VIII.



GREGORIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei: Dilectis filijs Nunnoni Magistri, & Fratribus de Calatrava, tām præsentibus, quām futuris secundum Ordinem Cisterciens. Fratrum viventibus Innocent. PP. III. (1) Quoties à Nobis petitur, quod Religioni, & honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desiderijs congruum suffragium impartiri. Quapropter dilecti in Christo filij, vestris iustis supplicationibus inclinati clementer annuimus, & fœlicis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri vestigijs inharentes, præfatum locum de Calatrava, in quo ad serviendum Deo divino estis obsequio mācipati, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt institutio, quām Abbas, & Fratres Cisterc. vobis in eodem loco morantibus, non vt familiaribus, sed vt veris Fratribus fecisse dicuntur, perpetuis téporibus ibidem inviolabiliter observetur. (2) Videlicet, vt Militaribus armis accincti,

Concordat.

Num. 1.

Num. 2.

con-

cōtra Sarracenos pro tuitione Christiani populi fideliter dimicetis. (3) Propterea ea, quae de victu, ac vestitu vestro præfati Abbas, & Fratres Cisterciē. & vniuersum Capitulum eiusdem Ordinis, à vobis regulariter observāda sanxerunt, vobis nihilo minus confirmamus. (4) Videlicet ut lineis in femoralibus tātūm vobis liceat vti. Vester quoque moderatas, honestas, & cōmodas secundum consilium Morimundensis Abbatis, & Magistri vestri cum scapulari pro habitu Religionis habebitis. (5) Vester, & cincti dormietis, (6) & in Oratorio, Refectorio, Dormitorio, & in coquina silētiū iuge tenebitis. Cavebitis autē, ne in qualicumq; veste, aut superfluitatis argui, aut curiositatis notari possitis. (7) Tribus verò in hebdomada diebus, id est, feria tertia, quinta, & die Dominica cū p̄cipuis solemnitatibus, vobis carnibus vesci licebit, vno tātūm ferculo, & vnius generis quantum ad carnes pertinet, contenti eritis, & ad mensam silentiū vbiique tenebitis. (8) Ab Exaltatione quoque S. Crucis usque ad Pascha tribus diebus, scilicet secunda feria, quarta, & sexta præter natale Domini, & Epiphaniam, Iapanti, festivitate omnium Sanctorum, & Apostolorum, omnes qui præsentes domi fuerint, in septimana qualibet ieunabunt. Qui autem in castris Militiæ fuerint, pro Magistri arbitrio ieunia observabūt. (9) Præterea quascumq; possessiones, quęcumq; bona eadem domus impræsentiarum iuste, & canonicè possidet, aut in futurum concessionē Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisq; successoribus, & ilibata permaneant. (10) Sanè laborū vestrorum, quos proprijs manibus, aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis decimas, vel primitias extorquere præsumat. (11) Liceat quoq; vobis Clericos, vel laicos à sacerdoto fugientes, liberos, & absolutos ad conversionem recipere, ac Fratres conversos cum generalibus litteris Abbatū eorū, recipere, & eos sine cōtradictione aliqua retinere. (12) Prohibemus insuper, ut nulli Fratru vestrū post factam in loco vestro professionē, fas sit absque Magistri sui licentia, nisi ad Cisterciē. Ordinem duxerit transeundum, de eodem loco discedere. Discedentem verò absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. (13) Cum autē generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare. (14) Liceat etiā vobis in locis vestris, sine manifesto dispensio vicinarū Ecclesiarum Oratoria construere, in

Num. 3.

Num. 4.

Num. 5.

Num. 6.

Num. 7.

Num. 8.

Num. 9.

Num. 10.

Num. 11.

Num. 12.

Num. 13.

Num. 14.

- Num. 15 quibus Fratres, & familiæ vestræ divinum audire officium, & Christianam habere valeant sepulturā. (15) Clerici quoq; Ordinis vestri Priorem habeant, cui professionem faciant, reverētiā, ac subiectionē impendant. (16) Nihilominus præsentī decreto sancimus, vt si quis in aliquē Fratrum vestrorum temerarias manus iniecerit, nisi rationabilis causa obsistat, excommunicationis sententia sit astrixtus: & illud pro tutella vestra, tām in sententia, quām in pœna servetur, quod sub Innocentio Papa de Clericorū tuitione noscitur institutum. (17) Regulares, & antiquas constitutiones Ordinis vestri, à prædecessoribus vestris, & à vobis hactenus observatas, aliqua levitate mutari, seu etiam possessiones domorum vestrarum alienari, nisi de Magistrī providentia fiat, cum consensu capituli, vel maioris, ac senioris partis, authoritate Apostolica fieri prohibemus. (18) Prohibemus insuper, vt intra fines Parochiarū vestrarum, quas à Sarracenis acquisisti, vel acquiretis in posterum, Capellas, vel Oratoria, seu Ecclesiās, nullus audeat sine consensu vestro construere, nisi vos pro necessitate populi duxeritis construēdas. (19) In quibus, cū cōstructæ fuerint, liceat vobis Clericos eligere, & Episcopo præsentare, quibus, si idonei fuerint, Episcopus curā animarum cōmittat, vt ei de spiritualibus, vobis autem de corporalibus debeant respondere. (20) Præterea novas, & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, alijsve Ecclesiasticis, sacerdotalibusve personis, vobis omnino fieri prohibemus. (21) Chrisma verò, Oleū Sanctū, consecrationes Altariū, seu Basilicarū, Ordinationes Clericorū, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi, & cætera Ecclesiastica Sacramenta, à Diocesano suscipiatis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, & gratiā, atque cōmunionem Apostolicæ Sedis habuerit, & ea vobis gratis, & absq; pravitate aliqua voluerit exhibere. (22) Alioquin liceat vobis quemcumq; malueritis Catholicum adire Antistitem, qui nimirū nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. (23) Inhibemus autē, ne interdictos, vel excommunicatos, ad officiū, vel cōmunionem Ecclesiasticam, quisquam admittat, nisi forte periculum mortis immineat, & de satisfaciendo, quām primū poterit, dederit cautionem. (24) Paci quoque, & tranquillitatí vestræ paterna volentes solitudine providere, authoritate Apostolica prohibemus, vt infra clausuras locorum vestrorū nullus violentiam, aut rapinam, seu furtum committere, ignē apponere, hominem capere, vel interficere, aliqua temeritate præsumat. (25) Ad hæc libertates, & immunitates à Regibus,

& Principibus, alijsve Ecclesiasticis, secularibusve personis, domini vestrae rationabiliter concessas, & hactenus obseratas, ratas habemus, & eas futuris temporibus illibatas manere sancimus. (26) Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, praefatū locū temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorū gubernatione, ac sustentatione concessa fuerint, viibus omnimodis profutura, salva in omnibus Sedis Apostolicæ auctoritate. (27) Si quis igitur in futurū Ecclesiastica, secularisve persona, hanc nostræ confirmationis paginam, sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundò, tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, & à Sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fuit, atque in extremo examine divinæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipient, & apud districtum iudicem premia æternæ pacis inventiant, Amen, Amen.

Ego Gregorius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Henric. Albanensis Episcopus.

Ego Paulus Prænestensis Episcopus.

Ego Theobaldus Hostiensis, & Velerceñ. Episcopus.

Ego Petrus Den. Cardinalis, tituli Sanctæ Susannæ.

Ego Laborans Presbyter Cardinalis Sanctæ Mariæ trans Tiberim, & Calixti.

Ego Melior Presbyter Cardinalis Sanctorū Ioannis, & Pauli.

Ego Aderaldus tituli Sancti Marcelli Presbyter Cardinalis.

Ego Iacobus Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in Cosmedin.

Ego Gratianus Sanctorum Cosmi, & Damiani Diaconus Cardinalis.

Ego Victorianus Sanctorum Sergij, & Bachi Diaconus Cardinalis.

Ego Petrus Sancti Nicolai in Caretullian. Diaconus Cardin.

Ego Rodulfus Sancti Georgij ad vetus aureum Diaconus Cardinalis.

¶ Dat. Ferrariæ per manum Moysi Lateranensis Canonici habentis Vicem Cancellarij ij. Nonas Novembris, Indictione vj. Incarnationis Dominicæ anno M. C. LXXXVII. Pontificatus Domini Gregorij Papæ VIII, anno primo.

Num. 26

Concordia.
Num. 1.

Num. 27

¶ Ann. III
i. u. 8. 10.

An. 1187

L E O X.

Approbat thesauri Ordinis erectionem, sicut per Capitulum generale Hispalen fuerat instituta.

Concordat.

Num. 1.

Paul. III.

fol. 82.n.1



E O E P I S C O P V S, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) Supernæ dispositionis arbitrio, vñiversalis Ecclesiae regimini præsidentes, iugi desideramus affectu, vt nostræ provisionis ope, Ecclesiastica, & alia pia, ac religiosa loca quæcumque, vendicentur à noxis, & in suis vi-ribus conserventur illæsa, & his, quæ propterea facta provide esse dicuntur, vt firma perpetuò, & inconcussa permaneant, cùm a Nobis petitur, Apostolici muniminis robur libenter adiçimus: alijsque desuper providemus, prout Catholicorum Regum, & humilium, ac Religiosarum personarum vota de- poscunt, & in Domino conspicimus salubriter expedire. Sa-nè pro parte charissimi in Christo filij nostri Caroli, Castellæ, & Legionis Regis Illustris, qui, etiam Magistratus Militiæ de Alcantara, Cisterciens. Ordinis, perpetuus Administrato, per Sedem Apostolicam deputatus existit; ac dilectorum filiorum vñiversorum modernorum Præceptorum, Priorum, Militum, & Fratrum dictæ Militiæ, Nobis nuper exhibita petitio con-tinebat: quòd alijs tunc Præsidens, Definitores, Præceptores, & Fratres dictæ Militiæ, in Capitulo Generali eiusdem Mili-tiæ, quòd in Civitate Hispalensi tunc celebrabatur, congregati, provide attentes, quòd ipsa Militia, & illius personæ, in suis privilegijs, exemptionibus, immunitatibus, iuribus, & rc-bus alijs, à diversis personis, tam Ecclesiasticis, quam seculari-bus, iniurias patiebantur, & dispendia sustinebant, adversus quos dicta Militia, cùm nulos, vel modicos in communi habe-ret redditus, quibus impensas pro sui defensione necessarias subire commodè posset, se tueri frequenter cessabant: quodq; tam causa defensionis huiusmodi, quam ut ipsius Militiæ nece-sitatibus in dies occurribus subveniri valeret, neesse erat, vnam communem massam ex mensæ Magistralis, ac maioris, & aliarum Præceptoriarum, ac Dignitatum, dictæ Militiæ fructibus, redditibus, & proventibus instituere, & ordinare,

con-

concordi, & vñanimi eorum omnium voluntate, & consen-
 su, pro bono publico dictæ Militiæ, vnam communem massam
 (thesaurum nuncupatam) dictæ Militiæ perpetuò instituerūt.
 Et inter alia statuerunt, diffinierunt, & ordinarunt, quòd ex
 tunc de cetero in perpetuum, quoties Magistratus & maior, ac
 alia Præceptorioræ, & Dignitates dictæ Militiæ, quomodocumque
 (præterquam per resignationem ex causa permutationis
 factam) vacarent, primo quoquo anno occurrētis, pro tempo-
 re vacationis huiusmodi, videlicet, Mensæ, quarta, & maioris,
 ac aliarum Præceptoriarum, & Dignitatum singularum prædi-
 etarum, tertia, fructuum, reddituum, & provi- uū, partes dictæ
 massæ applicatæ essent, & ad illam pertinerent, illiq; deberen-
 tur eo ipso: ac per duos dictæ Militiæ Præceptores, seu Piores,
 vel Fratres, fide, & facultatibus idoneos, in Capitulo Generali
 dictæ Militiæ eligendos, seu deputandos, percipi, atq; colligi,
 & sub eorum custodia conservari, & de illis certis modo & for-
 ma tunc expressis, ratio reddi deberet: ac ipsis custodibus sic
 pro tempore electis, vel eorum altero decedentibus, seu dece-
 dente alij, vel alius per Magistrum Militiæ, sive Administrato-
 rem Magistratus huiusmodi, pro tempore existentem, vel eius
 Vicarium Generalem in particulari Capitulo ad id congregā-
 dum, donec per ipsum generale Capitulum aliter provisum &
 ordinatum foret, substitueretur, & subrogaretur. Et claræ me-
 moriæ Ferdinandus Aragonum, & vtriusque Siciliæ Rex, qui
 etiam dicti Magistratus perpetuus Administrator, per Sedem
 prædictam deputatus existebat, definitioni, & ordinationi hu-
 iusmodi expresse consensit: statuitque debere illarū confirma-
 tionem à Sede prefata procurari, prout in vno, vel pluribus in-
 strumentis, seu authenticis scripturis defuper cōfectis, dicitur
 pleniū contineri. Et sicut eadem petitio subiungebat, si qui
 fructus dictæ massæ applicandi fideliter apud dictos custodes
 conservari, & per eos, in alios, quā in prædictos, etiam in dicta
 Militia magis utiles usus, cuiusvis etiam Magistri, vel Admini-
 stratoris, Magistrorum, seu aliorum superiorum dictæ Militiæ,
 pro tempore existentium mandato, vel coertionis, vel metus,
 etiam qui in constantem cadere posset, vel alia quacumq; oc-
 casione, nisi bona ipsa quinque millium & quingentorum duca-
 torum auri valorem excedant, converti, aut Magistro, seu Ad-
 ministratori, vel Superioribus præfatis assignari nequeant, &
 dictæ applicatio ubi Magistratus, maior, aut aliqua ex alijs Præ-
 ceptorijs, & Dignitatibus dictæ Militiæ, pluries in vno anno va-
 caverint, semel tantū co anno effectū sortiatur. Cum verò dicti
 applici

applicandi fructus summam quinque millium & quingentos
rum ducatorum huiusmodi excesserint, totum id, quod ultra
summam eandem excrescerit, in emptionem possessionum, &
aliorum bonorum immobilium, aut liberationem bonorum di-
ctæ Militiæ, quæ aliæ hypothecæ, vel pignori obligata repe-
rientur, exponi, & bona ex huiusmodi incremento pro tempore
empta, aut liberata, seu recuperata, dictæ mœsæ Magistrali, seu
Præceptorij, aut Dignitatibus, Prioratibus, officijs, & calijs be-
neficijs dictæ Militiæ, pro quarta & tertia partibus respectivè,
ad dispositionem Capituli Generalis eiusdem Militiæ, applica-
ri debeant, statueretur, & ordinaretur, profectò ex hoc, dictis
dispédijs obviaretur, ac Militiæ, & illius personis prædictis, de
opportunæ subvétionis auxilio, ad se, & sua iura melius defen-
dendū, & tempore procedente, eorundem Magistratus, & Præ-
ceptoriarū, ac Prioratum, & aliorum dictæ Militiæ beneficio-
rum statui utiliter consuleretur. Quare pro parte eo ründē Ca-
roli Regis, & Præceptorū, Priorum, Militum, & Fratrum, No-
bis fuit humiliter supplicatū, ut institutioni, & priori statuto,
ac diffinitioni, & ordinationi prædictis, pro eorum subsistētia
firmiori (quod etiam præfatus Ferdinandus Rex, paucis antea
diebus, quām ab humanis discederet, etiam Nobis humiliter
postulavit) robur Apostolicæ confirmationis adjicere: & quod
bona, vel fructus mœsæ applicandæ conservētur, convertātur,
& applicatio huiusmodi effectum fortifiatur, & fieri debeat, ut
præfertur, statuere, & ordinare, aliasq; in præmissis oportunè

Num. 2. providere, de benignitate Apostolica dignaremur. (2) Nos igi-
tur Præceptores, Priors, Milites, & Fratres prædictos, & eo-
rum quemlibet, à quibusvis ex cōmunicationis, suspensionis, &
interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à
iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus
quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dum-
taxat consequendum, harū serie absolvētes, & absolutos fore
censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, authoritate
Apostolica tenore præsentium, institutionem, statutum, diffi-
nitionem, & ordinationē prædictam, & prout illa concernunt
omnia alia & singula (licita tamen, & honesta) in instrumentis,
vel scripturis prædictis cōtentā, approbamus, & cōfirmamus,
ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter obser-
vari debere, decernimus: supplētes omnes & singulos defectus,
si qui forsitan intervenierint in eisdem. Et nihilominus potiori
pro cautela, ea omnia, & singula prout per eosdem præiden-
tem, Diffinitores, Præceptores, & Fratres, statuta, & ordinata
fue-

fuerunt, & quod fructus dictæ massæ applicandi, fideliter apud dictos custodes conservari, & per eos, in alios quam in prædictos, etiam in dictæ Militiæ magis utiles usus, cuiusvis etiam Magistri, vel Administratoris Magistratus, seu aliorum superiorum dictæ Militiæ pro tempore existentium, mandato, vel coactionis, aut metus, etiam qui in constantem cadere posset, vel alia quacumque occasione, nisi fructus, & bona ipsa, quinque millium & quingentorum ducatorum similium valorem excedant, converti, aut Magistro, seu Administratori, vel Superioribus præfatis, assignari nequeant: & dicta applicatio, ubi Magistratus maior, aut aliqua ex alijs Præceptoribus, & dignitatibus dictæ Militiæ, pluries in uno anno vacaverint, semel tantum eo anno effectū sortiatur. Cum verò dicta applicanda, fructus, & summam quinque millium & quingentorum ducatorum huiusmodi excesserint, totum id, quod ultra summam eandem excreverint, in emptionē possessionum, & aliorum bonorum immobiliū, aut liberationem bonorum dictæ Militiæ, quæ alias hypothecæ, vel pignori obligata reperiātur, exponi, & bona ex huiusmodi incremento pro tempore empta, aut libera ta, seu recuperata, dictæ Mensæ Magistrali, seu Præceptoribus, aut Prioratibus, dignitatibus, officiis, & alijs beneficiis dictæ Militiæ, pro quarta & tertia partibus respectivè, ad dispositiōnē dicti Capituli Generalis, applicari debeant. Ac bona, & fructus huiusmodi, a dictis custodibus aliter extorquere presumētes, aut ad id auxiliū, vel favorē præstantes, cuiuscumq; dignitatis, gradus, status, conditionis, & præminentia fuerint, excommunicationis latæ sententiæ poena, ipso facto incurvant: à qua, nisi plena & integra eius, quod extorferint, restitutio prævia, absolvino non possint, statuimus & ordinamus. Decernētes ex nunc irritum, & inane, quidquid secus super his, vel eorum aliquo, quavis autoritate, & ex quacumq; causa, per quæ cumque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non cibstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Militiæ, & Ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia reboratis, statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegijs quoque & indultis, ac litteris Apostolicis, eidem Militiæ, illiusque Præceptoribus, sub quibusvis verborum formis & clausulis, etiam derogatoriū derogatorijs, alijsque fortioribus, effaciōribus, & insolitis, irritantibusque, & alijs decretis, etiam talibus, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis inibi expressis modo & forma, derogari queat, etiā motu proprio &

ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concessis, confirmatis, approbatis, & etiam iteratis vicibus innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importates, specialis, specifica, & expressa, & individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma servada foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbū infereretur, præsentibus pro sufficiēter expressis habentes (illis alias in suo labore permāsuris) hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscumque. Cæterum, quia difficile foret, præsentes litteras ad singula quæq; loca deferri, volumus, & dicta Apostolica authoritate decernimus, quod earū transumpto publici Notarij subscriptione, & sigillo alicuius Prælati, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel curiæ Ecclesiasticæ munito, eadē prorsus fides adhibetur vbiq; in dubio, quæ ipfis præsentibus adhibetur, vbi essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc nostram paginam absolutionis, approbationis, confirmationis, constitutionis, supplicationis, statuti, ordinacionis, voluntatis, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indigationem Omnipotentis Dei, ac Beatorū Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctū

An. 1518 Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo octavo, quinto Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno sexto.

L E O X.

- 1 *Omnia privilegia Cisterciensibus in genere conceffa, & concedenda, Militiæ de Alcantara concedit.*
- 2 *Indulget specialiter, uti, potiri, & gaudere posse privilegijs, Honorijs III. Martini V. Sixti IV. & Innocent. VIII.*

Concordat.

L E O EPIS C O P V S, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. In Apostolicæ dignitatis specula, licet immeriti, disponente Domino constituti, sub Regularibus institutis, studio piè vitæ vacantibus, simulque pro Fidei Catholicæ defensione Militantibus personis, Apostoli

lici favoris præsidium libenter impendimus: ac in his, quæ, solidationem status, & profectum, ac tranquillitatem earundem respiciunt, Nos, eis, favorabiles & gratos exhibemus, prout etiam Catholicorum Regum vota exposcunt: & id cōspicimus in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem, postquam fel. record. Honor. III. (A) ut nullus ab Abbatie Monasterij Cisterciēn. Cabilonen. Diœc. eiusq; Coabbatis, & Prioribus, ac Abbatib; & alijs personis Cistercieñ. Ordinis, de terris suis, ante Generale Concilium acquisitis, etiam de illis, quas alijs concesserant excolendas, & ad eos redierant, si eas manibus proprijs, aut sumptibus colerent, decimas exigere, aut extorque-re præsumerent, inter alias per quasdam inhibuerat: & Martinus V. (B) Rom. (2) Pontif. prædecessores nostri, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Præpositis, & alijs Ecclesiārū Prælati, ad quos suæ super hoc confessæ litteræ pervenirent, expressè mandaverat, ut Cistercieñ. ac alios Abbates, Priors, & Abbatissas, ac omnia & singula Monasteria, necnon singulas personas dicti Ordinis, tunc presentia, & futura, vbi cumque pro tempore existentia, à præstatione decimarum, tam de possessionibus habitis antea, & post Concilium antedictum, quam ex tunc de cætero habendis: & tam de novalibus, sive ante, sive post huiusmodi Concilium acquisitis, sive acquirendis, quæ, proprijs sumptibus colebant, & colerent: quam alias, quomodocumque, & qualitercumq; excolerentur: necnon de hortis, virgultis, & pisationibus suis, ac de suorum animalium nutrimentis, singuli ipsorum omnino servarentur immunes piæ memoriae (3) Sixtus Papa IV. etiam prædecessor noster, litteras tam Honorij, quam Martini prædecessorum huiusmodi, ratas & gratas habens, illas, cum omnibus in eis contentis clausulis, per alias suas litteras confirmavit, & approbavit, ac iuxta omnimas carum continentias & formas in sui roboris firmitate, perpetuò subsistere decrevit; & nihilominus Cistercieñ. ac omnes & singulos alios Abbates, Priors, Abbatissas, necnon omnia & singula Monasteria, tunc præsentia & futura, vilibet existentia, singularesque personas Ordinis huiusmodi, à præstatione decimarum, tam de possessionibus habitis antea, & post Concilium prædictum, quam ex tunc, de cætero habendis, & tam de novalibus, sive ante, sive post Concilium huiusmodi acquisitis, & acquirendis, quæ proprijs sumptibus excolebant, & excolerent, quam alias quando cumque, & qualitercumque excolerentur, & etiam de illis possessionibus, de quibus hactenus aliquis decimas perceperat;

Num. 1.
A Lutius
III. fol. 7.
n. 6.
Innoc. III.
fol. 4. n. 5.
Honor. III
f. 12. n. 2.
f. 13. n. 2.
f. 15. n. 5.
Greg. IX.
f. 17. n. 3.
f. 19. n. 1.
f. 23. n. 5.
Num 2.
B Alexad.
IV. f. 34.
n. 2.
Martin. V.
f. 44. n. 1.
Num. 3.

Num. 4.

necnon de hortis, virgultis, piscationibus suis, & de nutrimentis ipsorum animalium, authoritate praedicta penitus exemit, & excepta fore perpetuo decrevit. Et deinde recolendè memoriae Innoc. PP. VIII. (4) Similiter praedecessor noster, pro parte tunc Cisterciensis. & aliorum Monasteriorum Ordinis huiusmodi Abbatum, ac dilectorum filiorum Conventuum eorundem, exposito, quod licet ipsis, eorumque, ac dicti Ordinis Monasteria, tam virorum, quam mulierum, & alia Religiosa loca, & membra, ac Monachi, Moniales, vassalli, subditi, & eis servientes, bonaque omnia iam dudum per plures Romanos Pontifices nostros, tunc ipsius Innocentij praedecessores, sub ipsorum Pontificum, & Apostolicæ Sedis protectione recepti, & recepta, ac eidem Sedi immediate subiecti, & subiecta, necnon ab omni iurisdictioni ordinaria exempti & exempta forent: eisque concessum esset, ut ad præstationem aliquarum collectarum, seu subsidiorum, aut procurationum, & aliarum exactiōnum, per Sedem praedictam, seu eius Legatos, aut ipsorum authoritate & mandato, seu per locorum ordinarios, vel alios pro tempore impositorum non tenerentur. Tamen ipsi desiderabant pro maiori eorum quiete, receptioni, subiectioni, & alijs præmissis, robur suæ approbationis adjici, illaque omnia per eundem Innocentium praedecessorem de novo concedi. (5) Idem Innocent, praedecessor, Abbatum, & Conventuum praedictorum, in ea parte supplicationibus inclinatus, receptionem, subiectionem, & exemptionē praedictas, ac singulas desuper confessas litteras, cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis auctoritate Apostolica, ex certa scientia, per suas litteras approbavit, ac perpetua & inviolabilis, firmitatis robur obtainere decrevit. Et nihilominus pro posteriori cautela, Monasteria, loca, & membra, & bona omnia, tunc huiusmodi præsentia & futura, Abbates, Abbatissas, Monachos, Moniales, vassallos, subditos, & servientes præfatos, tunc & pro tempore existentes, auctoritate & scientia similibus, sub Beati Petri, & sua protectione suscepit, & ab omni iurisdictione, superioritate, correctione, visitatione, dominio, & potestate Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum iudicium Ordinariorum, eorumque Vicariorum, & Officialium quorumcumque, necnon à solutione subsidiorum, etiam charitativorum, procurationum, collectarum, & aliarum exactiōnum huiusmodi, pro tempore imponendorum, perpetuo prolsus exemit, & totaliter liberavit, ac eidem Innocentio praedecessori, & Sedi immediatè subiecit. Ita quod Archiepiscopi, Episcopi, iudices ordinarij,

Num. 51

N. mīm M
I. mīm A
E. mīm A
E. mīm I

in ea parte supplicationibus inclinatus, receptionem, subiectionem, & exemptionē praedictas, ac singulas desuper confessas litteras, cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis auctoritate Apostolica, ex certa scientia, per suas litteras approbavit, ac perpetua & inviolabilis, firmitatis robur obtainere decrevit. Et nihilominus pro posteriori cautela, Monasteria, loca, & membra, & bona omnia, tunc huiusmodi præsentia & futura, Abbates, Abbatissas, Monachos, Moniales, vassallos, subditos, & servientes præfatos, tunc & pro tempore existentes, auctoritate & scientia similibus, sub Beati Petri, & sua protectione suscepit, & ab omni iurisdictione, superioritate, correctione, visitatione, dominio, & potestate Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum iudicium Ordinariorum, eorumque Vicariorum, & Officialium quorumcumque, necnon à solutione subsidiorum, etiam charitativorum, procurationum, collectarum, & aliarum exactiōnum huiusmodi, pro tempore imponendorum, perpetuo prolsus exemit, & totaliter liberavit, ac eidem Innocentio praedecessori, & Sedi immediatè subiecit. Ita quod Archiepiscopi, Episcopi, iudices ordinarij,

Vicarij, & Officiales præfati, etiam ratione dilecti, aut contrac-
tus, vel rei, de qua ageretur, vbi cumque committeretur deli-
ctum, iniurietur contractus, aut res ipsa consisteret, nullam in
eos, aut eorum aliquem, seu Monasteria, loca, membra, & bona
prædicta, tanquam prorsus exēptos & exēpta, iurisdictionem,
correctionem, superioritatem, dominiū, vel potestatem exer-
cere, aut excommunicationis, (F) suspensionis, vel interdicti,
seu quasvis alias sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas
promulgare præsumerent, aut posset, vel deberent, quoquo
modo, Nec ipsi sic exempti, coram illis, aut eiusdem Sedis de-
legatis, vel subdelegatis, nisi in litteris eis pro tempore direc-
tis, de Innocentij prædecessoris litteris huiusmodi specialis,
specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio fieret, ad
iudicium evocari, aut quovis modo, directè, vel indirectè mo-
lestari possent, vel deberent. Decernens, omnes & singulos pro
cessus, sententias, censuras, & pœnas, quos, & quas, per Archie-
piscopos, Episcopos, Iudices Ordinarios, Vicarios & Officia-
les prædictos, seu eorum aliquem, contra Abbates, & alios
exemptos, ac Monasteria & loca huiusmodi, etiā exempta, ut
præfertur, haberi & promulgari, necnon quidquid secus super
his ab eis, vel alio quoquam, quavis autoritate, scienter, vel
ignoranter attentari contigerit, irrita & inania, nulliusque ro-
boris, vel momenti; prout in singulis litteris prædictis plenius
continetur. Cùm autem sicut charissimus in Christo filius no-
ster Carolus, Rom. Rex, in Imperatorem electus illustris, qui
etiam Castellæ & Legionis Rex, ac Militiæ de Alcantara dicti
Ordinis perpetuus Administrator per Sedem prædictam de-
putatus existit, tām suo, quām filiorum dilectorum vniverso-
rum Priorum, Præceptorum, Commendatariorum nuncupa-
torum, Militum, Fratrum, & aliarum personarum, dictæ Mi-
litiae nominibus, Nobis nuper exponi fecit, quod licet Magi-
ster pro tépore existēs, ac omnes & singuli Piores, Præcepto-
res, Milites, & Fratres Militiæ huiusmodi, eiusdē Ordinis pro-
fessores existāt, & sub eadē Regula militent, & vivāt, nihil omi-
nus quia in litteris Honorij, Martini, Sixti, & Innocentij præ-
decessorum huiusmodi, de dicta Militia, & illius personis, Mo-
nasterijs, domibus, Præceptorijs, alijs Commendarij nuncu-
patis, & locis, specialis mentio facta non extitit, à nonnullis
affteritur, Magistrum, seu Administratorem, pro tempore exi-
stentem, Piores, Præceptores, Milites, Fratres, & personas,
necnon Monasteria, Domus, & loca Militiæ huiusmodi, in-
hibitione, mandato, susceptione, exemptione, liberatione, &

F Honor.
III. f. 14;
n. 2.

decretis prædictis, ac alijs privilegijs; necnon indulgentijs etiā spiritualibus, ac peccatorum remissionibus, eidem Ordini, ac illius Abbatibus, Monachis, & personis, necnon virorum & mulierum Monasterijs, Prioratibus & locis, per Sedem prædictam concessis, vti, potiri, & gaudere non posse, præfatus Carolus Rex & Administrator, dictis nominibus Nobis humiliter supplicari fecit, vt Magistro, seu Administratori, Prioribus, Præceptoribus, Militibus, Fratribus, & alijs personis pro tempore existentibus Militiæ huiusmodi, cuius etiam claræ memoriae Ferdinandus Aragonum & Siciliæ Rex, ad cuius supplicationem nonnulla desuper concedi, concesseramus, dum viveret, perpetuus Administrator per Sedem eandem deputatus existebat, eorumque vassallis, & servitoribus, ac Monasterijs, domibus, & alijs locis, quod huiusmodi inhibitione, mandato, susceptione, exemptione, liberatione, & decretis, ac alijs privilegijs, immunitatibus, concessionibus, gratijs, & indultis, ac indulgentijs, & peccatorum, remissionibus Ordini, ac illius Abbatibus, Prioribus, Monachis, & personis, necnon Monasterijs, Prioratibus, & locis prædictis, ac eorum Ecclesijs concessis, gaudere possint, perpetuò concedere, ac alias in præmissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Num. 6. (6) Nos igitur, qui Religiosarum personarum quarumlibet, præsertim sub Regularibus Militijs, pro defensione Christianæ Fidei insudantium, fœlici successui, indemnitati, & quieti, quantum cum Deo possumus, libenter consulimus, Priors, Præceptores, Milites, Fratres, & personas præfatos, ac eorum singulos, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censemtes, huiusmodi supplicationibus inclinati, eisdem Magistro, seu Administratori pro tempore existenti, Prioribus, Præceptoribus, Militibus, Fratribus, & alijs personis dictæ Militiæ, illorumque vassallis, & servitoribus, etiam pro tempore existentibus, ac eiusdem Militiæ, virorum & mulierum, Monasterijs, domibus, & locis alijs, eorumq; ac in districtu & dominio ipsius Militiæ consistentibus Ecclesijs, præsentibus & futuris, vt de cetero, perpetuis futuris temporibus, inhibitione, mādato, susceptione, exemptione, liberatione, subiectione, & decretis, ac litteris prædictis, ac alijs in eisdē litteris cōtentis, necnō omnibus & singulis privilegijs, concessionibus, immunitatibus,

gratijs & indultis, ac indulgentijs etiam spiritualibus, ac teme-
poralibus, ac peccatorum remissionibus, dicto Ordini, illius-
que Abbatibus, Prioribus, Monachis & personis, necnon mu-
lierum, virorumque Monasterijs, Prioratibus, & locis, ac illorū
Ecclesijs, per Sedem prædictam, & alijs quomodo libet in ge-
nere concessis hactenus, & in posterum similiter concedendis
in genere: perinde ac si eidem Militiæ, ac illius Magistro, seu
Administratori, Præceptoribus, Militibus, Prioribus, Fratri-
bus, & alijs personis, ac eorū vassallis, & servitoribus; necnon
Monasterijs, Domibus, & locis, eorumq; ac in ipsis Militiæ dis-
trictu, seu dominio consistentibus, Ecclesijs huiusmodi specia-
liter indulta, & concessa fuissent, uti, potiri, gaudere liberè, &
licite valeant. (7) Necnon omnibus vtriusq; sexus Christi fide-
libus, qui Monasteriorū eiusdem Militiæ, præsentium, & futu-
rorum, ac in ipsis districtu & dominio pro tempore consisten-
tes Ecclesijs devote visitaverint, ac pro manutētione Monaste-
riorum & Ecclesiarum huiusmodi, manus adiutrices porrexe-
rint, & alia in litteris indulgentiarum Cisterc. Ordini conce-
sis & concedendis huiusmodi contenta, iuxta illarum tenorem
adimpleverint, ut illas indulgentias, ac remissiones peccato-
rum, quas consequuntur visitantes Ecclesijs Monasteriorum,
& aliorum locorum Cisterciens. Ordinis huiusmodi, pro qui-
bus indulgentiæ & peccatorum remissiones prædictæ concessæ
reperiuntur, & concedentur, ut præfertur, consequantur, au-
thoritate Apostolica tenore presentium, de speciali gratia cō-
cedimus, & pariter indulgemus. Decernentes irritum & inane
quidquid secus super præmissis, aut eorum aliquo contra Ma-
gistrum, seu Administratorum, Piores, Præceptores, Milites,
Frates, personas, vassallos, servitores, ac Monasteria, Domos,
& loca: necnon privilegia, concessiones, & indulta prædicta, &
in eis, vel eorum aliquo contenta, a quoquam, quavis auctori-
tate fungente, seu functuro, scienter, vel ignoranter contige-
rit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus,
& ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, & Militiæ præ-
dictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis fir-
mitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, stabilimen-
tis, vsibus, & naturis, ac quibusvis alijs privilegijs, ac indultis
Apostolicis, Ordini Cisterciensi huiusmodi, sub quibuscumq;
tenoribus & formis, ac cum quibusvis efficacissimis, insolitis,
etiam derogatoriis derogatorijs, clausulis, irritantibus
que & alijs decretis, etiam iteratis vicibus, concessis, & con-
firmatis, quibus, quatenus obstant, etiamsi de eis, corumque to-

Num. 7.

tis tenoribus, specialis, specifica, individua, & expressa mentio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro iufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permanuis-
ris, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus. Nec non omnibus illis, quæ Honorius, Martinus, Sixtus, & Innocen-
tius prædecessores, in præfatis eorum litteris voluerunt non obstat, ac quacumq; consuetudine in contrarium introducta, ceterisque contrarijs quibuscumque. Cæterum, quia difficile foret, praesentes litteras ad singula loca, ubi necesse fuerit, deferre, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod illarum trâsumptis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Curia Ecclesiasticæ munitis, eadē prorsus fides vbiique in iudi-
cio, & extra adhibetur, quæ ipsis originalibus litteris adhibe-
retur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino homi nū liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, in-
dulti, derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præ-
sumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorū Pe-
tri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Ro-
mæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ mil-
lesimo quingentesimo vigesimo primo, decimo octavo Kalen-
das Iulij, Pontificatus nostri anno nono.

An. 1521

ADRIANVS VI.

Regie Coronæ Magistratum unit.

Concordat.



DRIANVS EPISCOPVS; Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dum intra nostræ mentis arcana, debita medi-
tatione pensamus, sancti Iacobi de Spata, ac
de Calatrava, & de Alcantara in Regnis His-
paniarum erectas Militias, propterea institu-
tas fuille, ut contra Orthodoxæ Fidei hostes & inimicos, arma-
quæ dñi & valida præsidia essent, earumque Milites in infide-
lium expugnatione, ac Regnum ab ipsis infidelibus occupa-
torum recuperatione, iugiter vacarent, strenuaque ipsorum

vir-

virtute & opera, proximis annis, non solum quām plurimas ci-
 vitates & loca, sed etiam aliquot Principatus, dominia, & Reg-
 na, quæ infideles Mauri occupaverant, & per multos annos de-
 tinuerant, non sine proprij sanguinis effusione, cū magna Chri-
 sti nominis gloria recuperata, & ad Fidem Christi redacta fuis-
 se consideramus: insuper & animo revoluimus, quæ charissimus
 in Christo filius noster Carolus, Castellæ, & Legionis Rex Ca-
 tholicus, in Imperatorem electus, claræ memoriæ Perdinandi
 avi, & Elisabeth Reginæ aviæ, Castellæ, & Legionis huiusmo-
 di, ac aliorum progenitorum suorum vestigia sequutus, pro
 vniuersa Ecclesia, cuius (vt Nos ad summi Apostolatus apicem
 assumptione Pastor, ita ipse ad Sacri Imperij fastigium elec-
 tione advocatus existit) non solum insulæ Servarum, quām
 ipsi Mauri detinebant expugnatione, sed etiam adversus Lu-
 therum Martinum per Sedem Apostolicam hæreticum decla-
 ratum, executione fecit: & in dies ipsum sub disciplina nostra
 à teneris educatum, ob eius devotionem ac fidem erga Nos, &
 hanc sanctam (in qua permissione divina sedemus) ac vniver-
 sæ Républicam Christianam, divina favente gratia, facturum
 fore speramus: Dignum meritò censemus, & congruum, vt Mi-
 litia prædictæ, Coronæ Regni Castellæ & Legionis perpetuò
 applicentur: non minus vt Caroli ipsius in Imperatorem electi
 studia & conatus, ad profligandos & subigendos infideles bar-
 barbaros, concedente Domino, crescant & augeantur, quām vt ip-
 sarum Militiarum felix, & prosperum regimen, semper in me-
 lius procedat, & illorum Militum disciplina solertia evadat:
 ipsumque Carolum in Imperatorem electum, eiusque posteri-
 tatem, signo specialis benevolentiae prosequamur, & quadam
 perpetuitatis memoria decoremus. Sanè cū Ferdinandus Rex,
 & Elisabeth Reginæ prefati, in humanis agentes, suorum & ip-
 si progenitorum vestigia sequuti, quām plurima egregia faci-
 nora, & gesta fuerint, nec solum Hispania a Sarracenis & Mau-
 ris, qui Regnum Granatæ, ac plura alia dominia occupaverāt,
 non sine multis laboribus, & impensis, ac magna Christiani san-
 guinis effusione purgaverint, ac quām plurimos infideles à
 falsis idolorum tenebris ad veram Orthodoxæ Fidei lucem re-
 duxerint; sed pluribus etiam casibus Oceanum mare penetra-
 verint, & ad diversas, ac maximas, & antea mortalibus igno-
 tas insulas, salutiferæ Crucis vexillum detulerint: & in ipsis in-
 sulis Metropolitanas, & Cathedrales, ac alias Ecclesiæ ad Chri-
 sti nominis gloriam, & exaltationē erigi, seque ob talia meri-
 ta, Catholicæ nomine ab hac sancta Sede insigniri obtinuerint.

Cum-

Cumque in dictis Castellæ, & Legionis Regnis, Sancti Iacobi de Spata, ac de Calatrava, & Alcantara, S. Augustini & Cisterciens. Ordinum, Militiarum Magistratus, ad eiusdem Fidei Exaltationem, & infidelium barbarorum, maximè circumvicinarum partium depressionem, & expugnationem instituti fuerint, ut præfertur; & quandoque illi per Romanos Pontifices prædecessores nostros, Regibus Castellæ & Legionis huiusmodi, seu eorum primogenitis, aut propinquioribus, Infantibus nuncupatis, respective in administrationem, dum expediēs fore visum fuerit, concedi consueverint, illorumque ad præfens, idem Catholicus Rex in Imperatorem electus, perpetuus Administrator per Sedem prædictam deputatus existat, ipsarumque Militiarum Magistrorum electiones, ad Militiarum huiusmodi Præceptores, seu Milites spectare noscantur, ac inter eos, occurrente dictorum Magistrorum vacatione, super electionibus pro tempore faciendis, possent quandoque dissensiones oriri: plurimumque Regis Castellæ, & Legionis pro tempore existentis intersit, ut ipse Magistratum huiusmodi curā & administrationem habeat, cum Magistratus ipsi, quām plurimas civitates & arces, partim ab ipsis Regibus Castellæ & Legionis donatas, partim per ipsos Magistros, ab infidelium manibus proprij sanguinis effusione comparatas, & acquisitas possideant; & si illorum Magistri aliquando Regi se opponent, ex illorum institutione, quæ, ad eorundem Regnorum pacem & quietem, ac infidelium expugnationem emanavit, gravia scandala & pericula in Regnis ipsis (prout proximis annis, cum in minoribus constituti, & dictorum Regnorum Regimini, & administrationi præpositi essemus, propter aspirationes ad ipsos Magistratus oculis nostris vidimus) succedere possent. Si autem Magistratus ipsi, Coronæ Regiæ, Regis Castellæ & Legionis huiusmodi pro tempore existentis perpetuò vniarentur, annesterentur, & incorporarentur, ita tamen quod ex illorum huiusmodi vniione, tituli singulorum Magistratum huiusmodi, ad infra scriptum effectum extincti non censeantur, illi, per Regem ipsum longè melius regi, & gubernari possent. Curaretque Rex ipse, ut illarum Militiarum Milites, idonei, & in arte Militari adeò periti, & experti essent, ut de illis meritò sperari posset, quod non solum dicta Regna ab infidelibus defendenter, sed ipsum Regem ad expeditionem contra Turcas, & alios infideles maritima classe, ac terrestri exercitu fuscipiendam & prosequendam, vltro solicitarent, & invitarent, scandalisque & dissensionibus inter ipsos Præceptores, seu Mil-

lites electores, ac alijs periculis, quæ exoriri possent, obviare-
tur. Ipseq; Carolus Rex in Imperatorem electus, ad sanctupacis
& unitatis Regum & Principum opus, quod pro totius Chri-
stianæ Republicæ necessaria defensione, ac contra hostes Tur-
cas felici expeditione perficere & concludere desideramus,
pro sua religione & devotione in hanc sanctam Sedem, Nos
plurimum iuvare, ac Rempublicam Christianam à tam gravi
periculo, in quo constituta est, divina favente gratia, liberare
possent, ac omnia pro Fidei Catholicæ exaltatione, ac infide-
lium barbarorum depressione libentius & constantius facere,
non cessaret. Similiterque eius successores facere parati essent,
militesque dictarum Militiarum, sub Regis huiusmodi disci-
plinâ Magistrali, & experti, & ad conferendum manus contra
Turcas & infideles huiusmodi, multò pròptiores, & alacriores
redderentur. Nos præmissa diligent consideratione pensantes,
ac animo revolentes, qualia & quantia eiusdem Caroli Regis
in Imperatorem electi, maiores, priscis, ac etiam nostris tempo-
ribus, pro expugnatione infidelium & barbarorum nationum
perfecerint, quotque Regna, & terras, ac insulas, ab ipsorum
infidelium manibus eripuerint, & ad Christianam Religionem
reduci curaverint, & quæ ipse Carolus Rex in Imperatorem
electus, tam ferventi animo, hac tempestate nostra, pro Chri-
stianæ Fidei Religione, & huius sanctæ Sedis dignitate tuenda,
adversus Martinum Lutherum præfatum, & eius fautores, ac
alios, qui cōtra Nos & dictâ Sedem superbiæ cornua exerētūt,
ac in dictæ insulæ Serbarum expugnatione, quam divino assi-
stente auxilio, sibi subdidit, dignè & laudabiliter effecerit: ac
sperantes, quod quanto maioribus beneficijs & gratijs, Maie-
stas sua, à Sede Apostolica se præmunitam & affectam cogno-
verit, tantò magis eidem Ecclesiæ, cuius advocatus (ut præfer-
tur) existit, exuberātes favores, quoties opus fuerit, exhibebit,
ac brevi tēpore pro sua ipsius singulari devotione, ac virtute,
Regiaque magnanimitate, & Imperiali celsitudine, ad hono-
rem Dei, & nominis Christiani propagationem, adversus ne-
fandissimos Turcas, Christiani nominis perpetuos hostes, &
contra spurcissimam illam gentem, quæ Christianum sanguinē
avidè sitit, & nostris cervicibus imminet, iustissimum bellum
suscipiet, ac tot Provincias & Regna ab ipsis Turcis, & alijs in-
fidelibus occupata, recuperabit, & nomen Salvatoris Domini
nostrj Iesu Christi longè, lateque propagabit. Habita super ijs
cum venerabilibus Fratribus nostris, sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinalibus, matura deliberatione, ac de eorum consilio &

assensu, Magistratus prædictos, quorum omnium qualitates, necnon verum & ultimum vacationis modum, illorumque, ac Coronæ Regiæ Castellæ & Legionis huiusmodi Regnorū, versus annuos valores præsentibus pro expressis haberi volentes, eidem Coronæ Regiæ (etiamsi Corona ipsa aliquo tempore ad mulierem spectaret) cum omnibus præminentibus, iurisdictiōnibus, facultatibus, redditibus, iuribus, obventionibus, & pertinentijs suis vniuersis, authoritate Apostolica tendre præsentium perpetuò vnimus, anneximus, & incorporamus. Ita quod ius administrandi ipsos Magistratus, sive in virum, sive in mulierem, cum corona transeat: & omnia, quæ ipsi Magistri, qui pro tempore fuerint, facere, & exercere consueverunt, facere, & exercere, & commendas ipsas, & Præceptorias, ac alia beneficia Militiarum huiusmodi, personis idoneis conferre liberè possit in omnibus, & per omnia, perinde ac si vno huiusmodi, quoad præmissa dumtaxat, maximè facta fuisset; ipsorumque Magistratum possessionem propria authoritate liberè contnuare, seu illam de novo sibi & Regi Castellæ & Legionis pro tempore existenti, etiam propria authoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere: illorumque fructus, redditus, & pro ventus, in suos, ac Magistratuū huiusmodi vſus, ad quod deputati sunt, & utilitatem convertere, Diœcesanorum locorum, & quorumvis aliorum licentia, seu consensu minimè requisitis. Ita tamen, quod ipse Catholicus Rex in Imperatorem electus, eiusque successores, Castellæ & Legionis Reges pro tempore existentes, ea, quæ spiritualia concernunt, per personas dictarum Militiarum religiosas, per ipsos Reges pro tempore existentes ad id deputandas, ad eorum nutum amovibiles, probè & laudabiliter exerceri facere debeant, & teneantur. Quibus sic pro tempore deputatis personis, gerendi, faciendi, mandandi, ordinandi, exercendi, exequendi, disponendi omnia & singula, quæ dictarum Militiarum Magistri pro tempore existentes, de iure vel consuetudine, aut alias quomodolibet facere, gerere, exercere, mandare, disponere, exequi poterant, & consueverant, authoritate & tenore præmissis plenam, liberam, & omnimodam facultatem concedimus. Et ne in præiudicium dictæ vnionis, per Milites, seu Fratres dictorum Ordinum, aliquid de facto teneatur per viam electionis, vel postulationis, seu alias, decedente Rege, vel Regina, qui dictos Ordines administraverit, auferimus ab eis omne ius, ac potestatem eligendi, postulandi, vel de novo administratore perpetuò providendi; & sub pœna excommunicationis, ac privationis commendarum, &

Præceptoriarum, ac aliorum beneficiorum, quæ obtinent, inhabilitatisque ad ipsa in posterum obtinenda, omnibus & singulis prohibemus, ne eliant, postulent, vel de eligendo, aut postulando tractent. Quas pœnas, volumus, eos ipso facto incurrire: absolutionem Nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, specialiter reservâtes. Non obstantibus, nostra, qua volumus, quod in vñionibus exprimi deberet valor etiam beneficij, cui vnio fieret, & semper commissio fieret ad partes, vocatis quorum interest, ac alijs constitutionibus & ordinationibus Apostolicis; necnon statutis & consuetudinibus, ac stabilimentis, vsibus, & naturis dictarum Militiarum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegijs quoque, & indultis, ac litteris Apostolicis, dictis Militijs, earumque Præceptoribus, Militibus, & Conventibus per dictam Sedem forsan concessis, illis præsertim, quibus caveri dicitur, quod Magistratus de Alcantara, de Calatrava, per personas regulares sancti Augustini, & Cisterciæ. Ordinis huiusmodi, expressè professas, & non vxoratas, ac alijs certo modo qualificatas dumtaxat, obtineri possint: quibus etiamsi ad eorum derogationem, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, illorum tenores huiusmodi præsentibus pro expressis & insertis habentes, illis alijs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cōtrarijs quibuscumque. Aut si aliqui, super provisionibus sibi faciendis huiusmodi Magistratibus, ac dignitatibus, speciales, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus generales, dictæ Sedis, vel eius legatorum litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem & decretum, vel alijs quomodolibet sit processum: quas quidem litteras, & processus habitos per easdem, & inde secuta quæcumque, ad Magistratus huiusmodi volumus non extendi, sed nullum per hoc, eis, quoad assecutionem Magistratum, aut beneficiorum aliorum, præiudicium generari: & quibuscumq; privilegijs, indulgentijs, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcumq; tenorū existant, per quos præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impidi, valeat quomodolibet, vel differri, tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis: provisoque dicti Magistratus debit is propterea non fraudentur

obse-

obsequijs, sed eorum congruè supportetur onera cōsueta. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super ijs à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem, quod ipse Rex pro tēpore existens, ab alienatione quorumcumque bonorum immobiliū & pretiosorum mobilium dictorum Magistratuum, penitus abstineat, & quod antequā dictos Magistratus, vel eorum aliquē administrare possit: succedens in regno huiusmodi, vobis, seu successoribus vestris canonice intrantibus, iura omnia solvere teneatur, quæ Magistri pro tempore solvere consueverūt: quibus solutis, ex tunc confirmatio & licentia concessæ sint, & esse censeantur, administrationemq; liberè exercere possit. Et ille, ex eis, qui vlo vnquam tempore (quod absit) à nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis canonice intrantis, & Romanæ Ecclesiæ obedientia & devotione se subtraxerit, vel contra cum bellum susdeperit, in eius damnum & detrimentū honoris, aut rerum, per se, vel alium, seu alios, directe, vel indirecte machinatus fuerit, huiusmodi gratia privatus existat: præsentesq; litteræ nullius sint roboris, vel momenti, ipsaque vnio eo ipso dissoluta sit: ipsique Magistratus per dissolutionē huiusmodi vacare censeantur, & de illis per Sedem prædictam liberè disponi possit. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostræ vniōnis, annexionis, incorporationis, concessionis, prohibitionis, reservattionis, derogationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorū Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo tertio, quarto Nonas Maij, Pontificatus nostri anno primo.

An. 1523

CLEMENS VII.

I. *Implam conservatoriam Militiae de Alcantara concedit.*

Concordat.



LE MENS EPISCOPVS, Servus servorum Dei: Universis & singulis venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs Abbatis, Prioribus, & alijs personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, necnon Metropolitañ. & aliarum Ecclesiastum

rum Canonicis, ac eorundem Archiepiscoporum, & Episcoporum
 Officialibus, seu Vicarijs, in spiritualibus generalibus, vñlibet
 constitutis: salutem, & Apostolicam benedictionem. Militanti
 Ecclesiæ, licet immeriti, disponente Domino præsidentes, circa
 curâ Ecclesiarum, & Religiosorû, ac piorû locorû quorumlibet,
 solertia reddimur indefessa solicii, vt iuxta debitum Pastoralis
 officij, eorum occurramus dispendijs, & profectibus, divina coo-
 perante clementia, salubriter intendamus. Nuper siquidem ex
 conquestione charissimi in Christo filij nostri Caroli, Roman.
 Imperatoris semper Augusti, quietiam Castellæ & Legionis, ac
 Aragonum Rex, & Militiæ de Alcantara Cistercieñ. Ordinis per-
 petuus Administrator, in spiritualibus & temporalibus per Se-
 dem Apostolicam deputatus existit, necnon vniversorum Priorû,
 Præceptorum, Militum, Fratrum, & personarum dictæ Militiæ,
 percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, & Episcopi, ac alij
 Ecclesiarum Prælati, eorumque Vicarij & Officiales, in spiritua-
 libus generales, necnon alij Clerici, & Ecclesiasticæ personæ,
 tam sacerdotes, quam diversorum etiam Mendicantium Ordinû,
 & Militiarum, Religiosæ, exemptæ, & non exemptæ, necnon Du-
 ces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & laici, eo-
 rumque officiales, communia Civitatum, Vniversitates oppido-
 rum, castrorum, villarum, & aliorum locorum, & aliæ singulares
 personæ Civitatum & Diœces. ac aliarum partium diversarum,
 occuparunt, & occupari fecerunt castra, villas, oppida, & alia
 loca, terras, domos, possessiones, decimas, iura, iurisditiones,
 feuda, dominia, privilegia, exemptiones, & indulta, necnon cen-
 sus, fructus, redditus, & proventus, ac alia bona Magistralis, &
 Conventionalis Mensarum, ac Domorum, Prioratum, Præcepto-
 riarum, locorum, & membrorum dictæ Militiæ, ac illis vñitorû,
 & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cu-
 ra, secularium, & diversorum Ordinum Regularium, quæ ipsi
 Piores, Præceptores, Milites, & Fratres, eorumq; Capellani, etiâ
 ex certis dispensationibus, & concessionibus Apostolicis, in titu-
 lum & cõmendam, ac aliâs in diversis Ecclesijs, civitatibus, Diœ-
 ces. & locis obtinent, & nonnulla alia bona, immobilia, & mobi-
 lia, spiritualia, & temporalia, ad mensas, necnon Prioratus, Præ-
 ceptorias, domos, loca & membra, ac beneficia huiusmodi, nec-
 non Administratorem, Piores, Præceptores, Milites, Fratres, &
 Capellanos præfatos, ipsorumque Administratoris, Priorum,
 Præceptorum, Militum, & Fratrum, familiares, servitores, &
 vassallos, tam ratione personarum suarum, & membrorum, Priora-
 tum, Præceptoriarum, domorû, locorû, membrorum, & benefi-

ciorum prædictorum, quàm aliàs quomodolibet, communiter, vel divisim pertinentia, & ea, detinent indebitè occupata, seu ea detinentibus præstant auxilium, consilium, vel favorem: Nōnulli etiam Civitatum & Diceces. ac partium prædictarum, qui nomē Domini in vanum recipere non formidant, eisdem Administratori, Prioribus, Præceptoribus, Militibus, Fratribus, personis, Capellanis, familiaribus, servitoribus, & vassallis, super prædictis castris villis, oppidis, & locis alijs, terris, domibus, possessionibus, legatis, decimis, iuribus, iurisdictionibus, fundis & dominijs, ac fructibus, redditibus, & proventibuseorundem: necnon quibusdam alijs bonis mobilibus & immobilibus, spiritualibus & temporalibus: necnon diversis responcionibus annuis super certis fructibus, redditibus, & proventibus Ecclesiasticis, eis assig-natis, ac pecuniarum summis, & rebus alijs, eis debitIs, illarumq; libera perceptione & solutione: necnon privilegijs, exemptionibus, & indultis, eis, & dictæ Militiæ, tam à Rom. Pontificibus prædecessoribus nostris, quàm aliàs ritè à Regibus & alijs Principibus concessis, ac alijs rebus, ad mensas, Prioratus, Præceptorias, domos, loca & membra, ac beneficia, necnon Administratorem, Priorem, Præceptores, Milites, Fratres, personas, Capellanos, familiares, servidores, & vassallos præfatos, communiter, vel divisim, vt præfertur, spectantibus, multiplices molestias inferunt & iacturas. Quare Carolus Imperator & Administrator, Priores, Præceptores, Milites, Fratres, & personæ præfati, Nobis suppli-carunt, vt cum eis valdè reddatur difficile, pro singulis causis ad Apostolicam Sedem habere recursum, providere eis super hoc, paterna diligentia curaremus. Nos igitur adversus occupatores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi, illo vo-lentes, præfatis Administratori, Prioribus, Militibus, Fratribus, personis, Capellanis, familiaribus, servitoribus, & vassallis, reme-dio subvenire, per quod ipsorum cōpescantur temeritas, & alijs aditus committendi similia præcludatur, discretioni vestræ, per Apostolica scripta mandamus: quatenus vos, vel duo, aut vnu svestrū, per vos, vel alium, seu alios, etiā si sint extra loca, in quibus deputati estis cōservatores, & iudices, Carolo Imperatori, & pro tempore existēti Magistro, seu Administratori, ac Prioribus, Præceptoribus, Militibus, Fratribus, & personis Militiæ huiusmodi, ac eorū Capellanis, familiaribus, servitoribus & vassallis, præsen-tibus & futuris, efficacis defensionis præsidio assistentes, nō per-mittatis, eos, seu eorū aliquē, super his ac privilegijs, exēptionibus, & indultis prædictis, necnon quibuslibet alijs bonis & iuri-bus, ad Carolum Imperatorem, & pro tempore existentē ipsius Mi-

Militiæ Magistrum, seu Administratorem, Priors, Præceptores, Milites, Fratres, personas, Capellanos, familiares, servitores, & vassallos prædictos, necnon Magistralem & Conventualem mensas, Prioratus, Præceptorias, domos, loca, & membra Militiæ & Ordinis huiusmodi, ac illis unita, & alia per ipsos Priors, Præceptores, Milites, Fratres, personas, Capellanos obtenta prædicta, & quæ, eos obtainere, ac mensis, Prioratibus, Præceptoribus, dominibus, locis & mēbris prædictis, pro tempore vñiri cōtigerit, beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, sacerdotalia & regularia quæcumq; cōmuniter, vel divisim, ut præmittitur spectantibus. Necnon super libera perceptione, & solutione responsionum annuarum, & pecuniarum summarū, ac rerū aliarū eis pro tempore servatarum, & debitārū, ab eisdē, & quibuslibet alijs, indebitè molestari, vel eis gravamina, sive damna aut iacturas irrogari. Facturi dictis Carolo, & pro tempore existenti Administratori, seu Magistro, Prioribus, Præceptoribus, Militibus, Fratribus, personis, Capellanis, familiaribus, servitoribus, & vassallis prædictis, cum ab eis, vel procuratoribus suis, aut eorum aliquo fueritis requisiti prædictis, & quibuslibet alijs personis, super restitutione huiusmodi castrorum, villarum, oppidorum, & aliorum locorū, terrarum, domorum, possessionum, legatorum, decimarum, donationum, iurium, iurisdictionum, feudorum, dominiorum, & bonorum mobilium & immobilium, fructuum quoq; reddituum, provétuum, ac aliorū bonorum, necnō responsionum, & pecuniarum summarum, ac rerum aliarum, eis pro tempore debitārum huiusmodi solutionem: ac privilegiorum, exemptionum & indultorum prædictorum, nunc & pro tempore eis concessorum observatione; necnon de quibuslibet molestijs, iniurijs, atque damnis præsentibus & futuris, in illis videlicet, quæ iudiciale requirunt indaginem, summi, simpliciter & de plano, sine strepitū & figura iudicij: in alijs verò prout qualitas eorū exegerit, iustitiæ complementum. Occupatores, seu detētores, prælumpatores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi, necnon contradictores quoslibet & rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocumque & quotiescumq; expedierit, authoritate nostra per censuram Ecclesiasticā, appellatione postposita cōpescendo: Invocato etiā ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sacerdotalis. Et nihilominus legitimis super his, per vos habendis servatis processibus, eos, quos censuras & pœnas per vos pro tempore latae incurrisse, vobis cōstiterit, eas incurrisse declarantes, & quoties opus fuerit, etiā iteratis vicibus aggravare curetis. Cæterū si per summariā informationē per vos super his habēdā, etiam vobis cōstiterit, quod ad loca, in

quibus occupatores, detētores, præsumptores, & molestatores, & iniuriatores huiusmodi, ac alios, quos præsētes litteræ cōcernūt, pro tēpore morari cōtigerit, pro monitionibus, requisitionibus, & inhibitionibus ipsis, ac citationibus de eis faciendis, tutus non pateat accessus: Nos vobis, monitiones, requisitiones, & citations, ac inhibitiones quas dā, per edicta publica locis affigenda publicis, & de quibus sit verisimilis cōiectura, quod ad ipsorum monitorū & requisitorum, citatorum, & inhibitorū, notitiā pervenire valeat, faciendi, ac quibusvis inhibitionibus, vobis pro tēpore, etiā prætextu quarūcumq; litterarū cōservatoriarū, seu privilegiorū Apostolicorū, quomodolibet concessorū, & concedendorū, pro tēpore factis, non obstātibus, iurisdictionē vestram liberè exercēdi. Necnon, eisdē occupatoribus, detētoribus, præsumptoribus, molestatoribus, iniuriatoribus, cōtradictoribus, & rebellibus, ac alijs cōservatoribus & iudicibus, etiam & sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis, ac etiā pecuniarijs, arbitrio vestro moderandis, inhibendi: ac loca, ad quæ eos declinare, & in quibus scienter stare permisi fuerint, Ecclesiastico interdicto subiiciendi. Necnon ea, quæ de castris, villis, locis, terris, domibus, possessionibus, & alijs bonis, & iuribus prædictis, alienata, vel usurpata inveniērītis illicite, vel distracta, ad ius & proprietatem Mensarum, Prioratum, Præceptoriarum, domorum, locorū, membrorum, & beneficiorum prædictorum, reducendi, plenā & liberā cōcedimus earundē tenore præsentī facultatē. Ac volumus, & Apostolica autoritate decernimus, quod monitiones, requisitiones, inhibitiones, & citationes, huiusmodi, sic factæ, perinde ipsos monitos, requisitos, citatos, & inhibitos arctent, ac si eis factæ, insinuatæ, & intimatæ præsentialiter, & personaliter extitissent. Non obstantibus tam fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, quibus cavetur, ne quis extra suam civitatem, vel Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra vnam dietam à fine suæ Diœcesis, ad iudicium evocetur, seu ne iudices à Sede prædicta deputata, extra civitatem, vel Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere, aut aliquos ultra vna dietam à fine Diœcesis earundem, trahere præsumant, & de duabus dietis in Concilio Generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis autoritate præsentium non trahatur: seu quod de alijs, quam de manifestis iniurijs, & violentijs, aut alijs, quam iudicialem requirunt indaginem, pœnis, in eos, si secus super his egerrint, & in id procurantes, adiectis, conservatores se nullatenus intromittant: quam alijs quibuscumque constitutionibus, à præ-

decessoribus nostris Romanis Pontificibus, tām de iudicibus, Legatis, & Conservatoribus, quā personis vltra certū numerū ad iudicium non vocandis, aut alijs editis, quæ vestræ possent in hac parte iurisdictioni, aut potestati, eiusq; libero exercitio quomodolibet obviare: quodque vos filij Canonici, Officiales & Vicarij, de personis, quæ deputari possent, conservatores nō sitis, privilegijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis, quibusvis Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus & pijs locis, Ordinibus, Militijs, Communitatibus, Collegijs, Vniversitatibus, etiā Studiorum Generalium, civitatibus, castris, terris, & locis, ac personis tām Ecclesiaſtīcīs, quām ſecularibus, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existentibus, etiam Episcopali, Archiepiscopali, aut alia maiore dignitate, seu auctoritate fungentibus, ac Capitulis & Conventibus, necnon Ducibus, & alijs Dominis temporalibus, etiam per modum statuti perpetui, etiam motu proprio, vel ex certa scientia, ac Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam de non trahendis illis, aut eorum subditis, extra eorū loca & dominia, aut corā alijs, quām eorum iudicibus, & conservatoribus, etiam vigore, seu prætextu quarumcumq; litterarum cōſervatoriārum, quibusvis personis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, etiam talibus, quōd illis nullatenus derogari, aut aliās præiudicari posset, niſi de eis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua mentio facta fuerit, pro tempore cōcessarum, & aliās quomodolibet, ac ſub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriārum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & inſolitis clausulis, irritantibusq; & alijs decretis, confeſſis approbatis, & inuovatis, ac in posterum concedendis, approban- dis & innovandis. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habēda, aut aliqua alia exquifta forma, ad hoc ſervāda foret: tenores huiusmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererētur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliās in ſuo robore permāſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Seu ſi aliquibus communiter, vel diuīsim a dicta ſit Sede indultum, quōd interdici, ſuspendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apostolicas, non facientes plenā & expreſſam, ac de verbo ad verbū de indulto huiusmodi, & eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus proprijs mentionem, & qualibet alia dicta ſedis indulgentia

generali, vel speciali, cuiuscumque tenoris existant, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, vestræ iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, eiusq; toto tenore, habēda sit in nostris litteris mentio specialis. Cæterū etiam volumus, & dicta Apostolica autoritate decernimus, quòd quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico præpeditus, atq; a datis præsentium sit vobis, & vnicuique vestrū in præmissis omnibus, & eorū singulis, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, perpetuata potestas, & iurisdictio attributa, vt eo vi gøre, eaque firmitate possitis in præmissis omnibus, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula, corā vobis cœpta fuissent, & iurisdictio vestra, & cuiuslibet vestrum, in prædictis omnibus & singulis, per citationem, vel modū alium, perpetuata legitime extitisset, constitutione prædicta, super Conservatoribus, & alia qualibet in contrarium edita, non obstante. Verū, quia difficile foret, præsentes litteras ad singula, in quibus de eis fides forsan facienda foret, loca deferre, etiam volumus, & eadē authoritate Apostolica decernimus, quòd ipsarum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Curiæ Ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio, & alibi, vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibetur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ, præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo, sexto Kalend. Maij, Pontificatus nostri anno septimo.

An. 1530

CLEMENS VII.

- 1 Festum S.B. in omnibus locis Militiae subiectis, ut solenne celebrandū, & sicut in die Dominica ab omni opere cessandum, præcipit, sub anathematis pœna.
- 2 Visitantibus Ecclesiam S.B. de Alcantara in solemnitatibus eiusdem sancti, Epiphaniæ, Nativitatis, Annuntiationis, & Assumptionis B. Mariæ: Ecclesia verò S.B. de Villanova, in die Resurrectionis, Corporis Christi, S. Iacobi, omnium Sanctorum, & eiusdem Benedicti, triginta annos, & totidem quadragesimæ de iniunctis pœnitentij misericorditer relaxat.

LEMENS EPISCOPVS , Servus servorum Dei:
 Vniversis Christi fidelibus præsentes litteras inspe-
 cturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. (1) Concordat.
 Pastoris æterni, qui non vult mortem, sed conversio-
 nem peccatoris, vices, licet immeriti, gerentes in terris, gregē
 Dominicum curæ nostræ commissum, ad vitam lucis æternæ,
 quantum cum Deo possumus, perducere studemus: & iuxta
 creditum Nobis servitutis officium, fideles singulos, quorum
 merita, pro demeritis, penitus sunt imparia, ad pia & merito-
 ria opera erga religiosa loca exercenda, spiritualibus muneri-
 bus, indulgentijs videlicet, & peccatorum remissionibus, libe-
 ter invitamus: vt per eorundem operum exercitium, suorum
 abolita macula delictorum, ad æternæ beatitudinis gaudia fœ-
 liciter pervenire mereantur. Cum itaque, sicut accepimus,
 Prioratus oppidi de Alcantara, Militiæ de Alcantara, Cisterc.
 Ordin. nullius Diœces. sub invocatione S.B. Abbatis, gloriosi
 Confessoris, institutus, & idem S. Benedictus Patronus & Ad-
 vocatus Militiæ & Ordinis huiusmodi fore dignoscantur. (2)
 Nos cupientes, vt ipse S.B. pio amore per amplius honoretur,
 ac Militiæ & Ordinis prædictorum, aliorumq; fidelium devo-
 tio, ad illum augeatur, necnon de Alcantara prædicti, & eius-
 dem S. Benedicti, Villænovæ de la Serena Militiæ & Ordinis
 prædictorum Prioratum Ecclesiæ, ad quas, sicut accepimus,
 etiam charissimus in Christo filius noster Carolus Roman. Im-
 perator semper Augustus, qui etiam Castellæ & Legionis, ac
 Aragonum, & utriusq; Siciliæ Rex, necnon dictæ Militiæ per-
 petuus Administrator, per Sedem Apostolicam deputatus exi-
 fit, & dilecti filij Piores, Præceptores, Milites, & Fratres ip-
 sius Militiæ, singularem gerunt devotionis affectum, indebita
 veneratione habeantur, & à Christi fidelibus, cōgruis frequen-
 tentur honoribus, ipsique Christi fideles eo libentius, devotio-
 nis causa, ad easdem Ecclesiæ confluant, & pro illarum, ac Prio-
 ratum eorundem reparatione, & manutentione, promptius
 manus adiutrices porrigant, quo, ex hoc dono spiritualis gra-
 tiae uberioris conspexerint se refectos, auctoritate Apostolicæ te-
 nore præsentium statuimus, & ordinamus, quod de cætero per
 petuis futuris temporibus, festum ipsius S. Benedicti, in omni-
 bus locis eiusdem Militiæ, per prædictos, ac alios pro tempore
 existentes illius Magistrum, seu Administratorem, ac Piores,
 Præceptores, Milites, & Fratres, ac personas, necnon cæteros
 Christi fideles temporali Dominio eiusdem Militiæ, nunc &
 pro tempore subiectos, & in illo habitantes, solemne & gene-

Num. 1.

Num. 2.

rale, ita ut ab opere omni servili, prout in Dominicis, & alijs festivis diebus cessare soliti sunt, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna cessare debeant, celebretur & observetur. (3) Num. 3. Et insuper de Omnipotentiis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, omnibus & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, verè pœnitentibus & confessis, qui de Alcantara in Epiphaniæ Domini, ac Nativitatis, Annuntiationis, & Assumptionis gloriose Dei genitricis Virginis Mariæ, ac S.B. qui verò Villænovæ Prioratum Ecclesiæ huiusmodi, in Resurrectionis Dominicæ, & Corporis Christi, ac S.Iacobi, & eiusdem S.Benedicti, necnon celebritate omnium Sanctorum, à primis Vesperis usque ad occasum solis, cuiuslibet festivitatum, & celebritatis eorundem, devote visitaverint annuatim, ac pro reparatione & manutentione prædictis, manus adiutrices porrexerint, pro qualibet ex Ecclesijs, ac pro singulis ex festivitatibus, & celebritate prædictis, quibus id fecerint, triginta annos & totidem Quadragesimas, de iniunctis eis pœnitentijis, misericorditer in Domino relaxamus. Præsentibus, perpetuis futuris temporibus valituris: non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus & Synodalibus Concilijs editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, quod si dictas Ecclesiæ visitantibus, & ad præmissa manus adiutrices porrigentibus, aut aliâs, aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus, nondum elapsum duratura, per Nos concessa fuerit, præsentes litteræ, quoad huiusmodi indulgentiam nullius sint roboris, vel momenti. Dat Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo, sexto Kalend. Maij, Pontificatus nostri anno septimo.

An. 1530

CLEMENS VII.

I. Facultatem concedit Capitulis Militiæ de Alcantara, condendi statuta Sacris Canonibus non contraria, facta corrigendi, & alterandi,

CLEMENS EPISCOPVS, Servus servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam. (1) Ad statum fidelium quorumlibet, præsertim sub Regularibus Militijs Domino militantium, prosperè conservandum, & salubriter dirigendum, curis rfsiduis invigilamus, & ea, quæ propterea

Concordat.
Num. 1.



pro-

providè stabilita & ordinata dicuntur, vt firma perpetuò, & in concussa persistant, libenter cum à Nobis petitur, Apostolico munimine roboramus. Sanè in Christo charissimus filius noster Carolus, Roman. Imperator semper Augustus, qui etiam Castellæ & Legionis, ac Aragonum, & vtriusque Siciliæ Rex, & Militiæ de Alcantara Cisterc. Ordin. perpetuus Administrator in spiritualibus & temporalibus per Sedem Apostolicam deputatus existit; necnon dilecti filij Ioannis Zapata Præceptor domus de Esparragal dictæ Militiæ, nullius Diœcesi, ac alijs Præceptores, Milites, & Fratres eiusdem Militiæ, Nobis nuper exponi fecerunt, quòd aliàs in generali, in Hispaleñ. de mandato claræ memorie Ferdinandi Siciliæ Regis, qui tunc in humanis agens, dictæ Militiæ perpetuus Administrator per Sedem eandem existebat deputatus: & deinde in alijs etiam dictæ Militiæ Capitulis, in Burgeñ. Civitatibus, de simili eiusdem Caroli Imperatoris & Administratoris mandato celebratis, tunc Diffinitores eorum Capitulorum, circa statum, honorem & salutare directionem dictæ Militiæ, ac illius personarum intendentes, diversa, ordinationes, statuta, & stabilimenta Ordini & Militiæ huiusmodi, sive locis & temporibus necessaria, & opportuna, fecerunt, ediderunt, & ordinarunt, prout tam in Ferdinandi Regis, quam Caroli Imperatoris, Administratorum, & Capitulorum prædictorum, litteris, seu scripturis desuper cōfectis dicitur pleniùs contineri. Quare Carolus Imperator & Administrator, ac Ioannes, & alijs Præceptores, Milites & Fratres prædicti, Nobis humiliter supplicari fecerunt, vt ordinationibus, statutis, & stabilimentis huiusmodi, pro illarum subsistētia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adiçere, ac aliàs in præmissis opportuniè providere, de benignitate Apostolica dignaremur. (2) Nos igitur, dicti Militiæ fœlicem successum paterno zelātes affectu, & Ioāne, & alios Præceptores, Milites, & Fratres prædictos, necnon eorum singulos, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, & pœnis, ac censuris, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendū, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, aut litterarum, seu scripturarum huiusmodi tenores, præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ordinationes, statuta, & stabilimenta, in Hispaleñ. & Burgeñ, Capitulis prædictis, vt præfertur, edita, aut prout illa concernunt omnia & singula, in litteris, vel scripturis prædictis contenta,

Num. 2.

aliàs

aliás licita & honesta, ac Sacris Canonibus non cōtraria, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus: omnesque & singulos, tām iuris, quām facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, supplemus. (3) Ita quod liceat Magistro, seu Administratori dictæ Militiæ, pro tempore existenti, in Capitulis generalibus dumtaxat eiusdem Militiæ, pro tempore celebrandis, statuta, stabilimenta, & ordinationes, Militiæ & Ordinis prædicatorum, etiam in antedictis Capitulis generalibus, ut præfertur, facta, & in posterum facienda, iuxta temporum qualitatē corrigere, declarare, alterare, limitare, & in melius reformare, ac illis addere, & alia statuta, stabilimēta, & ordinationes eiusdem Militiæ de novo facere, ac facta, & reformata, quoties Diffinitoribus eorundem Capitularū generalium, pro tempore existentium, videbitur, immutare, reformare, ac de novo facere. Quæ postquam alterata, limitata, mutata, reformata, ac de novo facta fuerint, eo ipso, Apostolica authoritate confirmata, & approbata sint, & esse censeantur. Nō obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolici, ac Militiæ & Ordinis prædicatorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, & supplicationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentre præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorū Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

An. 1530

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo, sexto Kalend. Maij, Pontificatus nostri anno septimo.

CLEMENS VII.

- 1 Prioribus de Alcantara, & Villanova, indulget, in dīvinis officijs celebrandis Pontificalibus vti in omnibus Ecclesijs suæ dictioni subiectis.
- 2 Omnibus Christi fidelibus dīvinis interessentibus benedicere, & indulgentias conferre, quas in suis Diœcesis Episcopi largiri conseruerit.

Concordat.
Num. I.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) Romani Pontificis pro-

videntia circumspecta, statum Religiosarum personarum, praesertim
 sub Regularibus Militijs, Altissimo famulantium diligenter attendens, il-
 las, earumque loca, condigno honore libenter prosequitur, &
 munere decorat gratiae spiritualis. Cum itaq; sicut accepimus,
 Sancti Benedicti de Alcantara, & eiusdem S.B. de Villanueva,
 Militiae de Alcantara, Cisterc. Ordinis, nullius Dioecesis. Priora-
 tus, ab omni iurisdictione ordinaria exempti sint: & illorum
 Piores pro tempore existentes, in ipsis Prioratibus, iurisdictione
 nem, visitationem, & correctionem habere consueverint: ac de
 Alcantara & de Valentia oppidorum, Caurieñ. Dioecesis. Archi-
 presbyteratus, per Clericos seculares obtinere soliti, quibus cu-
 ra etiam iurisdictionalis imminent animarum, ad collationem,
 & omnimodam dispositionem charissimi in Christo filij nostri
 Caroli Romanorum Imperatoris semper Augusti, qui etiam
 Castellæ & Legionis, ac Aragonum, & utriusque Siciliæ Rex,
 ac dictæ Militiae perpetuus Administrator in spiritualibus &
 temporalibus, per Sedem Apostolicam deputatus existit, & pro
 tempore existentes Magistri, seu Administratores eiusdem Mi-
 litiae, de antiqua & approbata, hactenusque pacifice observata
 consuetudine, pertinere dignoscatur. (2) Nos, Prioratus ipsos,
 ac modernos, & pro tempore existentes illorum Piores, con-
 dignis honoribus attollere volentes, ipsosque modernos Prio-
 res à quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdicti,
 alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis, à iure, vel
 ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibusquomodo
 libet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat cō-
 sequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censem-
 tes, ipsorum Priorum modernorum, necnon dilectorum Prio-
 rum, Praeceptorum, Militum, & Fratrum Militiae praedictæ, in
 hac parte supplicationibus inclinati, ac consideratione ipsius
 Caroli Imperatoris, & Administratoris, etiam Nobis super
 hoc humiliter supplicantis, eidem modernis Prioribus, & eo-
 rum cuilibet, ac eorum successoribus dictorum Prioratum,
 Prioribus, pro tempore existentibus, ut mitra, baculo Pastora-
 li, anulo, dalmatica, chirotecis, fandalis, omnibusque alijs or-
 namentis & insignijs Pontificalibus, in officijs divinis vti, ac
 post Missarum, Vesperorū & Matutinarum solemnia, populo
 ad divina audienda inibi interessenti, tam in dictis Prioratibus,
 quam alijs Ecclesijs etiam Parochialibus, & Capellis, eis pro
 tempore subiectis, & in quibus moderni Piores, & successores
 prefati, in Pontificalibus pro tempore celebribunt; dummodo
 ibidem aliquis Antistes, seu Sedis Apostolicæ Legatus, presens

Num. 2.

non sit: vel si præsens fuerit, eius ad id expressus accedit assen-

Num. 3. fus, solemnem benedictionem.(3) Nec non omnibus & singulis
vtriusque sexus Christi fidelibus, eidē benedictioni interessentibus,

verē pœnitentibus & confessis, pro qualibet vice, qua
interfuerint, indulgentiam, quam Antistites in eorum Civita-

Num. 4. tibus & Diœces. Christi fidelibus benedictioni illorum inter-
essentibus, concedere possunt & consueverunt, concedere &

Num. 5. elargiri, libere & licitè valeatis.(4) Et ipsi Christi fideles, quo-

tiens benedictioni eorum huiusmodi interfuerint, indulgen-

tiam ipsam consequantur, authoritate Apostolica tenore præ-

sentium concedimus, & pariter indulgemus. (5) Et insuper cū

Fratribus Presbyteris Militiæ & Ordinis huiusmodi, vt de cæ-

tero Archipresbyteratus prædictos, etiam si ad illos confueve-

rit quis, per electionem assumi, si eis aliter canonice conferan-

tur, aut elegantur, præsententur, vel alias affumantur ad

illos, recipere, & retinere, libere & licitè valeant, authoritate

& tenore prædictis, de specialis dono gratiæ dispensamus. Non

obstantibus præmissis, ac quibusvis Apostolicis, nec non in Pro-

vincialibus & Synodalibus Concilijs editis, generalibus, vel

specialibus ordinationibus, & constitutionibus, necnō Militiæ,

& Ordinis prædicatorum, iuramento, confirmatione Apostoli-

ca, vel quavis firmitate alia roborabis, statutis, & consuetu-

dinibus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo om-

nino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, con-

cessionis, indulti, & dispensationis infringere, vel ei ausu teme-

rario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, in-

An. 1530 dignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorū Petri, & Pauli A-

postolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud San-

ctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quin-

gentesimo trigesimo, sexto Kalend. Maij, Pontificatus nostri

anno septimo.

CLEMENS VII.

¶ *Medum recitandi horas Canonicas Militibus confert, antiquam for-*

mam, & morem derogans.

Concordat.

Num. 1.

Alex. VI.

f. 70. n. 1.

CLEMENS PAPA VII. Ad perpetuam rei me-

moriam. Ad ea, per quæ personarum sub Regularibus

Militijs Domino famulantium, salubri directioni & conscientia-

rum

rum paci, ac animarum saluti consulitur, libenter intendētes,
 ijs, quæ propterea processisse cōperimus, vt illibata persistant,
 Apostolicæ muniminis firmitatem adiecimus: & alias prout
 expedire conspicimus, nostri Pastoralis officij partes propen-
 sius impartimur. Sanè charissimus in Christo filius noster Ca-
 rolus, Romanorum Imperator semper Augustus, qui etiā Ca-
 stellæ, & Legionis, ac Aragonum Rex, & Militiæ de Alcantara
 Cistercieñ. Ordinis perpetuus Administrator, in spiritualibus
 & temporalibus per Sedē Apostolicam deputatus existit: nec-
 nō dilecti filij Ioānes Zapata, Praeceptor domus de Esparragal
 dictæ Militiæ, nullius Diœces. ac alijs Praeceptores, Milites, &
 Fratres dictæ Militiæ, Nobis nuper exponi fecerūt: quod alias
 postquā in Capitulo generali ipsius Militiæ in civitate Hispa-
 leñ. de mandato claræ memoriæ Ferdinandi Aragonum & Si-
 ciliæ Regis, qui tunc in humanis agens, eiusdem Militiæ perpe-
 tuus Administrator per Sedem prædictam, similiter deputatus
 existebat, celebrato, de modo recitandi Horas, & Divina Offi-
 cia, per Praeceptores. Milites, & Fratres eiusdem Militiæ obser-
 vando, vel observari debito, in dies tractaretur: & desuper du-
 bitaretur, eo maximè, quia inter eos, circa modum, & usum,
 Nocturnas, & Diurnas Horas recitandi, aliquæ varietates, seu
 aliqua dubia reperirentur & insurgeret, & dictus Carolus Im-
 perator & Administrator, tunc in oppido Bruxelleñ. Camera-
 ceñ. Diœces. existens, & de præmissis notitiam habens, ac cu-
 piēs difficultates & dubia huiusmodi tollere, ac quieti cōscien-
 tiarum Praeceptorum, Militum, & Fratrum huiusmodi subve-
 nire, per suas litteras forsan ad nonnullorū dictæ Militiæ Præ-
 ceptorū, & Militum supplicationem ad Cistercieñ. Cabiloneñ.
 & qui Prior, Abbas, & Superior Militiæ huiusmodi existebat,
 de Morimundo Lingoneñ. Diœces. & ad Monasteriorum dicti
 Ordinis, tunc Abbates scripsisset, rogans eos, vt modum, vel
 usum recitandi, si aliquis in eoru Monasterijs, ab antiquo ei-
 dem Præceptoribus, Commendatoribus nuncupatis, & Mili-
 tibus datus fuisse, cū modo, vel usu recitādi Horas prædictas,
 per conversos eiusdē Ordinis servari debito, adeum transmit-
 terent: & tunc Monasterij Cistercieñ. quod nullum modū Re-
 citandi in specie, pro dictis Militibus & Præceptoribus inve-
 nisset, per eius literas significasset; & Monasterij de Morimudo
 huiusmodi Abbates prædicti, eundem modum, seu usum, quē
 ipsi conversi habebant antiquum recitandi, ade eundem Caro-
 lum Imperatorem & Administratorem transmisisset: & idem
 Abbas Cistercieñ. quia modus, vel stylus per quem recitabant,

ex eo quod difficilis esset, seu alias ab eisdem Praeceptoribus & Militibus cōmodè observari nequiret, pro salute cōsciētiae dicatorū Praeceptorū & Militū, per suas litteras eis concessisset, vt interim, quod ipse specialem & convenientē modum recitandi, componebat, & ordinabat, pro dictis Praeceptoribus & Militibus; ipsi Praeceptores & Milites suas Horas (si ea foret eiusdem Caroli Imperatoris & Administratoris voluntas) recitarent, ad modum converlorum Ordinis huiusmodi per eum transmissum prædictum, qui inferius annotatur: Præfatus Carolus Imperator & Administrator, de concessione huiusmodi in alio Capitulo generali dictæ Militiæ, in civitate Burgensi, de eiusdem Caroli Imperatoris & Administratoris mandato, celebro, notitiam habens, seu secundo dicti Capituli Diffinitores, aut eorum maior pars, provide cōsiderantes, quod ipse recitandi modus convenientior videbatur eis, ad Militiam exercendam, & quod incerto per dictam Sedem, eis concessio privilegio, reperiebatur, quod dicti Praeceptores & Milites in eorū ieiunijs haberent, & tenerent eandem observantiam, quam cōversi prædicti tenebant: & quod antiquus recitādi modus, pro animarum dictorum Praeceptorum & Militum, salute, periculosis erat: quodq; in Psalterijs & Psalmis, inter eos, iuxta eiusdem Militiæ regularia instituta recitandis, diversus modus observabatur, seu reperiebatur, cū singuli Praeceptores & Milites Psalterium scientes, decem singulis annis, pro eiusdem Militiæ Militum defunctorum generaliter, cum versiculo *Requiem aeternam*, & collectis, videlicet: *Deus venie largitor: & Fidelium Deus*, ac aliud pro cuiuslibet Militum eiusdem Militiæ, pro tempore decadentium, animarum salute particulariter, cum versiculo *Requiem aeternam*, & collectis, *Deus, cui proprium est, specialiter, & Omnipotens aeternæ Deus, & Fidelium Deus* generaliter, ac aliud singulis sextis ferijs maioris Hebdomadæ, cum versiculo *Gloria Patri*, & in fine cuiuslibet eorum Psalteria recitabant. Alij vero nescientes Psalterium recitare, Psalmum Pœnitentiale *Miserere mei Deus*, incipientem, ac centum & quinquaginta vicibus pro quolibet Psalterio, & in fine dictorum Psalteriorū, dictos versiculos & collectas, prout vnicuique Psalterio cōveniebat, dicebat & recitabat; ac Psalmum *Miserere mei Deus*, nescientes recitare, dicebat pro quolibet Psalterio centū quinquaginta vicibus orationem Dominicam, videlicet, *Pater noster*, cum dictis versiculis, orationibus, & collectis necessarijs & debitib; vnicuique Psalterio: ac etiam unaquæque Hebdomada Psalmos Pœnitentiales, recitare scientes, bis, videlicet, secunda, & sex-

& sexta ferijs recitare, iuxta dicti Ordinis instituta obligarentur. Secunda pro Defunctis, cum versiculo *Requiem aeternam in fine*, & responsorio *Liberame Domine de morte aeterna*, & collectis, *Inclina: & Deus veniae largitor, & Fidelium Deus generaliter*. Sexta verò ferijs cū Lætania Ordinis, & certis alijs versiculis, & collectis dicerent. Ac quod ex antiquo recitandi modo Psalteriorum & Psalmorum, ordine & modo, & recitatione, cū versiculis & collectis præmissis, conscientiæ eorum, diversis modis & vijs periculum, vel saltem scrupulus imminebat; cū ipsi ferè semper extra Conventū dictæ Militiæ existerent, & per Curiā dicti Caroli Imperatoris & Administratoris, & alias diversas eorundem Regnorum & mundi partes incedere, prout & rerū & temporum, exposcebat necessitas, cōsuevissent: & quod antiquum recitādi modum huiusmodi, propter mutationes Horarum, Antiphonarum, & Orationum, & *Præciosè nūcupatæ*, ac aliorum versiculorum, & anniversariorum pro defunctis, certis anni tēporibus, & duplicatarum Matutinarū in festis duo-decim Lectionum, & vnius Missæ, aut dua pro Missarū, & positionem Horarum, ac aliquas Festivitates solemnes & præcipuas faciendas dictis Præceptoribus & Militibus integrè observare difficile erat, præfatus Carolus Imperator & Administrator, ad supplicationem eorundem Capituli, vel illius maioris partis huiusmodi, modo recitandi per dictum Patrem Abbatem transmisso, consensit: & secundo dicti Capitulum illum acceptarunt, & observare proposuerunt: & vt tuni & securi in eisdem suis conscientijs, & absque earum scrupulo semper permanerent, ad Sedem prædictam recurrere deliberarunt, prout in singulis prædictis ipsorum Ferdinandi Regis, & Caroli Imperatoris & Administratoris, ac Abbatum & Capituli. Necnō missivis & alijs litteris, seu scripturis in dictis Capitulis generalibus desuper confessis, pleniū dicitur contineri. Quare, tā Carolus Imperator & Administrator, quā Ioannes Zapata, & alij Præceptores, Milites, & Fratres Militiæ huiusmodi, Nobis humiliter supplicari fecerunt: vt modo recitandi Horas huiusmodi, robur nostræ approbationis adiucere, ac alias eorū Præceptorum, Molitum, & Fratrum, conscientiæ serenitati, in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolica dignaramur. (2) Nos igitur, qui devotorū iustis desiderijs, prout possumus libēter annuimus, huiusmodi supplicationibus inclinati, modum recitandi Horas, per ipsos Præceptores, Milites, & Fratres, acceptatum, & approbatum, ac statutum & ordinatio uem huiusmodi: necnō prout illa concernunt omnia & singu-

Num. 2.

la, in litteris, vel scripturis prædictis contépta auctoritate A²
 postolica tenore presentiū approbamus & cōfirmamus: supple
 tes omnes & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan inter-
 venerint in eisdem. Ac potiori pro cautela, & dictorum Præ-
 ceptorum, Fratrum, ac Militum animarum salute, auctoritate
 & tenore prædictis, statuimus & ordinamus; quod de cætero,
 perpetuis futuris temporibus, Præceptores, Milites, & Fratres
 Militiæ de Alcantara huiusmodi, Horas, seu debita Officia
 Nocturna & Diurna prædicta, ad modum, morem, & usum
 conversorum eorundem, in quantum dictis Præceptoribus,
 Militibus, & Fratribus videbitur convenire, incipient, dicant,
 prosequantur, & finiant. Qui talis est, ad Matutinas, videli-
 cèt: *Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuvandum me*
festina: Domine labia mea aperies: & os meum annuntiadit laudem tuam:
Domine labia mea. & Domine labia mea, &c. Kyrieleyson, Christe
eleyson, Kyrieleyson, Pater noster. Et continuando usque vigesies
 ipsum Pater noster, cum Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto: Si-
 cut erat in principio, & nunc, & semper, & in saecula saeculorum, Amen.
 Et in fine cuiusque Pater noster. Et ipsis finitis: *Per Dominum no-*
strum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate
Spiritus Sancti Deus: Per omnia saecula saeculorum, Amen. Domine exaudi
orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Benedicamus Domino,
Deo gratias. In Festivis verò duodecim Lectionum nuncupa-
 tis, quæ sunt in Kalendario Monasterij sancti Benedicti, oppi-
 di de Alcantara dicti Ordinis annotatis, quadragesies ipsum
 Pater noster, simili modo quo supra dictum est, de alijs viginti,
 per eosdem ordinem & formam. Et ad Laudes & Vespertas,
Deus in adiutorium meum intende, &c. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui
Sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in saecula saeculorum,
Amen. Kyrieleyson, Christeleyson, Kyrieleyson. Pater noster, &c.
Amen. Gloria Patri, in singulis etiam decies, & ipsis finitis: Per
Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum. Amen, &c. Domine
exaudi, &c. Benedicamus Domino. Deo gratias. Et ad Primam, &
 Tertiam, ac Sextam, & Nonam, necnon Complectorium diei,
 ac noctes Horas, in qualibet earum, *Deus in adiutorium meum in-*
tende: Domine ad adiuvandum me festina. Gloria Patri, & Filio, &c.
Amen. Kyrieleyson, Christeleyson, Kyrieleyson. Pater noster, etiam
 pro qualibet illarum quinquies, cum versiculo *Gloria Patri cō-*
 pleto, & in fine cuiuslibet *Pater noster.* Et ipsis finitis, *Per Do-*
 minum nostrum Iesum Christum, qui tecum vivit & regnat in unitate
 Spiritus Sancti Deus. Per omnia saecula saeculorum, Amen. Domine exau-
 di orationem meam: & clamor meus ad te veniat. Benedicamus Do-
 mino.

mino. *Deo gratias.* Ita quod ipsi, qui nunc sunt, & pro tempore Ordinis & Militiae prædictorum erunt Præceptores, & perso-
 næ (non tamen si in facris Ordinibus constitutæ fuerint) Matu-
 tinæ, & Laudes, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vespe-
 ras, & Completorium, Horas huiusmodi, in quacumque parte
 diei, vel noctis, illas anticipando, vel postponendo, sive stando,
 sive sedendo, deambulando, equitando, aut itinerando, sive in
 eorum, & habitationum suarum domibus, vel Ecclesijs, aut ex-
 tra illas, seu alijs locis, simul, vel separatim, etiā absque oratio-
 ne Dominica, sub silentio, & cæremonijs per dictos conversos
 dici, & fieri solitas, dicere & recitare, liberè & licite possint, &
 debeant. Ac illas, & illa sic dicēdo, satisfaciat eorum consciencij,
 ac si illas iuxta antiquum dicti Ordinis modum & usum
 debitum, & determinatum (si qui in Militia & Ordine prædi-
 etis fuerint) dicent & recitarēt. Ac quicunq; Præceptor, aut
 Frater, vel Miles, qui cum alijs Præceptoribus, Fratribus, & Mi-
 litibus confratribus suis, in huiusmodi recitandi modo & for-
 manon se conformaverit, ab eodem expellatur: aut alia regu-
 lari poena, iuxta arbitrium eiusdem Caroli Imperatoris & Ad-
 ministratoris, vel Magistri Militiae huiusmodi, pro tempore
 existentis, consilio ancianorum eorundem, prout qualitas con-
 sumacij, & excessus exegerit, imponēda. Et quod interim, qui
 cum alijs Præceptoribus, Fratribus & Militibus prædictis, se
 non conformaverit, in omnibus Ordinis rebus exercendis, ha-
 bendis, & obtinendis, indignus, & à congregationibus eorum
 extraneus reputetur. Quodque de cætero perpetuis futuris té-
 poribus, Præceptores, Milites, & Fratres Militiae huiusmodi,
 horas diei, ac noctis prædictas, etiam absque oratione Domi-
 nica, & alijs cæremonijs, quam, & quas conversi Cisterciens.
 Ordinis huiusmodi, antequam Matutinas, seu forsan alias Ho-
 ras huiusmodi, incipiunt, sub silentio dicere, & illas dicendo, fa-
 cere consueverunt, vt præfertur: ac Psalteria, & Pœnitentiales
 Psalmos, necnon versiculos, & collectas huiusmodi, ad quem,
 quos, & quas, generaliter & particulariter pro defunctis dicē-
 dam tenentur, vt præfertur, minimè teneantur. Sed pro uno
 quoque Psalterio centum & quinquaginta vicibus Dominicā
 orationem, & pro singulo Pœnitentiali Psalmo, semel eandem
 orationem Dominicam. Ita tamen, quod in fine vniuersiūque
 Psalterij, & singularum orationum Dominicarum huiusmodi,
 pro eo dicendarum, Requiem æternam, aut Gloriam Patri, prout uni-
 cique Psalterio dicendo conveniet. Et in fine cuiuslibet ultimi
 septimæ orationis Dominicæ, feria secunda, Requiem æter-
 nam,

nam, & feria sexta *Gloria Patri*. Quiquidē versiculus *Gloria Patri*, non solum in fine septimæ, sed etiam cuiuslibet orationis Dominicæ. *Requiem æternam verò*, solum in fine ultimæ septimæ orationis Dominicæ dicatur, dumtaxat dicere & recitare teneantur. Eis, *Psalteria*, & *Psalmos*, ac versiculos, & collectas huiusmodi, quoad hoc commutantes. Ac quod ipsi Præceptores, Milites, & Fratres, illa sic commutata, ac orationes Dominicæ præfatas, etiam in quacumque diei, & noctis hora, seu horis, licet recitare, stando, sedendo, deambulando, equitando, aut suis domibus, vel habitationibus, seu Ecclesijs, aut extra illas, seu alijs locis, anticipando, vel postponendo, simul, vel separatim dicere, & recitare, liberè & licite valeant. Et illas sic recitando, perinde satisfaciant suis consciëtijs, ac si iuxta antiquam dicti Ordinis constitutionem (si quæ sit.) *Psalteria* & *Psalmos* huiusmodi, cū versiculis & collectis, alijs modo & vñ antiquis prædictis dicerent, & recitarent. Nec liceat alicui supradictorum Præceptorum, Militum, & Fratrum aliter quā vt præmittitur, *Psalmos* & *Psalteria* huiusmodi dicere, vel recitare, sub pœna regularum Ordinis nuncupata, Militibus inobedientibus imponi solita, incurrenda. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Apostolicis, necnon in Provincialibus & Synodalibus Concilijs editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus. Nec non Militiæ & Ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, stabilimenti, vñibus, & naturis, cæterisque cōtrarijs quibuscum que. Dat.

An. 1530 Romæ apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die xxvj. Aprilis, M.D.XXX. Pontificatus nostri anno septimo.

PAVLVS III.

Bullam Leonis Decimi de thesauro, confirmat, & ampliat; declarans, quantum, & in quibus thesauri bona sint expendenda.

AVLVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) Exposcit debitum Pastoralis officij, cui, disponente Domino præsidemus, vt ad ea, per quæ Militiarum quarumlibet, pre fertim ad Orthodoxæ nostræ Fidei Exaltationem & augmentū institutarum, felici successui, & salubri directioni cōfulti possit, solicite intendamus: & his, quæ propterea providè, statuta &

Concordat.
Num. 1.
Leo X.
fol. 104.

ordinata dicuntur, ut illibata persistant, libenter cum à Nobis petitur, Apostolici muniminis præsidium propensius impartiamur. Sane pro parte charissimi in Christo filij nostri Caroli, Romanorum Imperatoris semper Augusti, perpetui Administratoris Militiæ de Alcantara sub Regula Cisterc. Ordin. Cau- rieñ. Diœces. per Sedem Apostolicam deputati, & dilectorum filiorum Priorum, Præceptorum, & Fratrum dictæ Militiæ, Nobis nuper exhibita petitio continebat: quod alijs fœlicis recordationis Leoni Papæ X. prædecessori nostro, pro parte Caroli Imperatoris & Administratoris, qui etiam Castellæ, & Legionis Rex existit, exposito, quod antea tunc Præsidens, Diffinitores, Præceptores, & Fratres dictæ Militiæ, in illius Capitulo generali in civitate Hispalensi celebrato, congregati, provide attentes, quod ipsa Militia, & illius personæ, in eorum privilegijs, exemptionibus, immunitatibus, iuribus, & alijs rebus, à diversis personis, tā Ecclesiasticis, quām secularibus, iniurias patiebantur, & dispendia sustinebant: adversus quos, dicta Militia, cū nullos, vel modicos fructos haberet in communione, ex quibus impensas pro sui defensione necessarias, cōmodè subire posset, se tueri frequēter cessabat, & vt præmissis, ac alijs eiusdem Militiæ necessitatibus, in dies occurribus subvenire valeret, necesse erat, vnam communem massam, ex Mensæ Magistralis, & maioris, ac aliarum Præceptoriarum & Dignitatum dictæ Militiæ fructibus, redditibus, & proventibus, insti tui, & ordinari pro bono publico eiusdem Militiæ, de eorum vnanimi consensu, vnam communem massam, thesaurum nun cupatam, dictæ Militiæ perpetuò instituerant: & inter alia statuerant, & ordinaverant, quod ex tunc de cætero, quotiēs Magistratus & maior, ac aliæ Dignitates eiusdem Militiæ, quando cumque (præterquam per resignationem ex causa permutatio nis) vacarent, primo anno eiusdem vacationis, videlicet, Mensæ Magistralis, quarta, & maioris, ac aliarum Præceptoriarum & Dignitatum earundē, Tertia, fructuum, reddituum, & pro ventuum partes, eidem thesauro applicatae essent, & ad illū pertinerent, illique deberentur eo ipso: ac per duos eiusdem Militiæ Præceptores, ad id deputandos, percepi, & colligi, ac sub eorū custodia conservari, & de illis, sub certis modo & forma tunc expressis, ratio redi deberet: ac ipsius custodibus sic pro tempore electis, vel eorum altero decedentibus, eorum loco alijs per Magistrum, seu Administratorem dictæ Militiæ pro tempore existentem, vel eius Vicarium generalem, in particuliari Capitulo ad id congregando, donec per Generale Capitu lum

lum ipsius Militiæ, aliter provisum, seu ordinatum foret, substi-
 tuerentur, & subrogarentur. Præfatus prædecessor, institutio-
 nem, statutum, & ordinationem prædicta, ac prout illa concer-
 nebant omnia & singula, licita tamen & honesta, in instrumen-
 tis, seu authēticis scripturis desuper confessis, contēpta, aucto-
 ritate Apostolica per suas litteras approbavit & confirmavit:
 ac illa perpetuæ firmitatis robur obtainere, & inviolabiliter
 observari debere decrevit: omnesque & singulos, iuris & facti
 defectus, si qui forsan intervenerant in eisdē, supplevit. Et nihi-
 lominus pro potiori cautela, omnia & singula præmissa, prout
 per Præsidentes, Præceptores, & Fratres præfatos, statuta, &
 ordinata fuerāt de novo. Quodque cū Magistratus, maior, aut
 aliqua ex Præceptoris & Dignitatibus Militiæ huiusmodi,
 pluries in vno anno vacarent, applicatio ipsa, semel dum taxat
 in eodem anno effectum fortiretur, & fructus dictæ massæ vt
 præfertur, applicandi, apud dictos Custodes conservarētur, &
 per eos in alios quām prædictos, & dictæ Militiæ magis utiles
 usus, cuiusvis etiam Magistri, seu Administratoris, aut aliorū
 Superiorum Militiæ huiusmodi pro tempore existentiū, man-
 dato, vel coercitione, aut metu, etiam qui cadere posset in con-
 stantem, vel alia quacumque occasione, nisi fructus, redditus,
 & proventus huiusmodi, quinque millium & quingentorum du-
 catorum valorem excederent, converti, aut Magistro, seu Ad-
 ministratori, vel Superioribus præfatis assignari nequirent. Cū
 verò prædictam summam quinque millium & quingentorum
 ducatorum excederent, totum id, quod ultra summam exces-
 ceret, in emptionem possessionum, vel aliorum bonorum eius-
 dem Militiæ, quæ alias hypothecæ, vel pignori data, vel obli-
 gata reperirentur exponi: & bona ex huiusmodi incremento
 pro tempore empta, aut liberata, seu recuperata dictæ Mēſe Ma-
 gistrali, seu Præceptoris, aut Prioratibus, Dignitatibus, Offi-
 cijs, & Beneficijs alijs dictæ Militiæ, pro tertia & quarta parti-
 bus respectivè, ad dispositionem præfatorum Capituli Gene-
 ralis, applicari deberent. Ac bona & fructus huiusmodi à dictis
 Custodibus aliter extorquere præsumentes, aut ad id auxiliū,
 consilium, vel favorem præstantes, cuiuscumq; Dignitatis, sta-
 tus, gradus, ordinis, & præminentia forent, excommunicationis
 latæ sententiæ poena, ipso facto incurriten: à qua nisi plena &
 integra eius, quod extorsissent, restitutio prævia, absolvī nō
 possent, statuit, & ordinavit. Decernens, ex tunc irritum & ina-
 ne, si secus super his, à quoquam quavis auctoritate, scienter,
 vel ignoranter contigerit attentari, prout in eisdē litteris ple-
 mul niūs

nūs dicitur contineri. (2) Et nuper Carolus Imperator & Administrator, ac Priors, Praeceptores, & Fratres præfati, in eoru Capitulo Generali in oppido de Madrid, Tolet. Diœcese celebrato, provide etiam attendentes, quod in statuto, ac litteris huiusmodi, exp̄ressum non fuerat, an tertia pars fructuū, reddituum, & proventuum eiusdē primi anni, dictæ massæ, sive thesauro applicatorum Dignitatum, Prioratuū, & Praeceptoriarū earundem, deductis oneribus persolvi deberet, necne? Ne super hoc amplius dubitaretur, declararunt, statuerunt, & ordinarunt, quod dicta tertia pars eidem thesauro communi applicata, deductis oneribus persolvi deberet. Ac vt domus Prioratum & Praeceptoriarum earundem faciliūs repararentur, & reædifficarentur, ac permanerent, quod Dignitatibus, & Praeceptoris prædictis, quandcumq; ex tunc pro tempore vacantibus, ultra contributionem tertiae partis fructuum, reddituum, & provētuum huiusmodi, pro primo anno dicto thesauro solvendæ, vt præfertur, in secūdo anno, quilibet Praeceptor, Prior, aut Frater, cui de Prioratu, Praeceptoria, aut Dignitate huiusmodi provisum foret: aliam tertiam partem fructuum, reddituum, & proventuum ipsius Dignitatis, vel Praeceptoriae, etiā deductis oneribus, in reparationē domorum, Dignitatum, & Praeceptoriarum Militiæ huiusmodi convertendā, solvere teneretur: & in provisionibus de Dignitatibus, Praeceptoris, & Prioratibus, prædictis faciendis, hoc etiā exprimeretur. Quodque Consiliarij consilij dictæ Militiæ vnum Depositarium p̄nes, quem tertia pars fructuum, reddituum, & proventuū Praeceptoriarum, ac Dignitatum earundem, in reparationem domorum earundem, vt præfertur convertenda, deponeretur, non minare deberent: ipsaque tertia pars in eisdem domibus, in eo quo Prior, Praeceptor, seu Fratri, cui Prioratus, seu Praeceptoria huiusmodi collata foret, melius videretur expedire, cōverteretur: & si Dignitates, & Praeceptoriae prædictæ, plures domos haberent, in reparationem illius, cui maior necessitas imineret, cum consilio Praeceptoriam, Prioratum, aut Dignitatē huiusmodi obtinentis. Si verò domo careret, in emptionē, possessionum, & reddituum pro ipsa Dignitate, vel Praeceptoria converteretur: & idem Depositarius, & aliæ personæ, ad quos pertineret cōputum, & rationem, de expositis, & exponendis, eisdem Consiliarijs reddere tenerentur. Quare pro parte Caroli Imperatoris, ac Priorum, Praeceptorum, & Fratrum prædictorum, afferentium propter prohibitionem Leonis prædecessoris huiusmodi, quod ex dicto thesauro, aliæ quam incertos,

tos, tunc expressos vsus disponi nequeat, necessitatibus eiusdem
Militiae pro tempore occurrentibus, plenè consuli non posse:
Nobis fuit humiliter supplicatum, ut statuto, ordinationi, & de-
clarationi predictis, pro eorum subsistentia firmiori, robur Apo-
stolicæ confirmationis adiucere, aliasq; in præmissis opportunè

- Num. 3. providere, de benignitate Apostolica dignaremur. (3) Nos igi-
tur dictæ Militiae, & illius Prioratu, ac Præceptoriarū, & me-
brorum, fēlicē successum, sinceris desiderijs exoptantes, Prio-
res, Præceptores, & Fratres præfatos, ac eorum quemlibet, à
quibusvis excōmunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq;
Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homi-
ne, qui vis occasione, vel causa latis, si quibus quolibet innoda-
ti existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum,
harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ac singu-
lorum statutorum, ordinationum, & instrumentorum, seu scrip-
turarum, eorundem veriores tenores præsentibus pro expre-
sis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, posteriora
statutum, ordinationem, & declarationem huiusmodi, omnia-
que & singula, in illis cōtempta, & inde secuta quæcumq; alias
licita, & honesta, auctoritate Apostolica tenore præsentium ap-
probamus, & confirmamus: ac illis perpetuè firmitatis robur
adijcimus: omnesq; & singulos iuris & facti defectus, si qui for-
san intervenerint in eisdem, supplemus. Nēnon tertias partes
Prioratum, Præceptoriarum, & aliorum bonorum huiusmo-
di, deductis oneribus, & non aliter, persolvi debere, & que ha-
bitenus eisdem oneribus deductis persolute fuerunt, legitimè
solutas fore decernimus. Et nihilominus pro potiori cautela,
primam massæ, seu thesauro, & secundam tertias partes fru-
ctuum, reddituum, & proventuum, Prioratum, Præceptoria-
rum, & aliorum Beneficiorum eorundem, pro reparatione an-
tedictis auctoritate, & tenore præmissis, applicamus, & appro-
priamus. Et si Prioratus, Præceptorias, & Beneficia, pluries eo-
dem anno vacare contigerit, ille, qui ante annum cōpletū de-
cesserit, pro rata, & eius successor qui per annum supervixerit,
non pro rata, sed pro integro anno dictas tertias partes, ut præ-
fertur persolvere teneatur. Et deinceps ipsi, Capitulum gene-
rale, aut illius Diffinitores, Præsidentes, & Consiliarij, quoties
opportunū fuerit, pro litteris Apostolicis, privilegijs, scriptu-
ris, & instrumētis in favorē dictæ Militiae expediendis, alijsque
negotijs, & rebus cuiuscumq; qualitatis, prosequendis, & exer-
cēdis, diligentijsq; desuper faciendis, prout eis videbitur ex-
pedire, ex bonis eidē thesauro, applicatis, sive dictam summam

quinq̄e millium & quinḡētorum ducatorum excederint, sive non, absque alicuius censuræ Ecclesiasticæ incurſu, exponere, disponere, & ordinare, liberè, & licitè valeant. Et si quis, alias quam de mandato, beneplacito, voluntate, dispositione, & ordinatione eorundem Capituli generalis, aut Diffinitorum, seu Præsidentium, & Cōfiliariorum, ex ipsa massa, seu thesauro expositum fuerit, seu extractum, per quoscumque etiam in dictæ Militiæ magis utiles vſus, etiam Magistri, seu Administratoris, vel Priorum, Præceptorum, & aliorum Superiorum eorundem, mandato, vel coertione, aut metu, etiam qui in constantem caderet posset, vel alia quacumque occasione talia perpetrantes, excommunicationis latæ sententiæ poenam huiusmodi, eo ipso, absque alia declaratione incurrant: à qua nisi plena, & integra eius, quod extorserint, restitutione prævia, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi non possint, statuimus & ordinamus. (4) Necnon Magistro, seu Administratori, ac Prioribus, Præceptoribus, & Fratribus dictæ Militiæ, nunc, & pro tempore existentibus, ut prædicta, & alia statuta, & ordinationes dictæ Militiæ, pro temporum, & rerum diversitate, reformati, corrigendi, alterandi, immutandi, ac totum tollendi, aliaq; eorum loco ordinationes, & statuta, licita tamen, & honesta, ac sacris Canonibus non contraria, edendi, quæ postquam edita, correcta, limitata, & ampliata fuerint, eo ipso, Apostolica auctoritate præfata, confirmata sint, & esse censeatur, plenam, & liberam facultatem cōcedimus. (5) Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon ipsius Militiæ, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ac stabilimentis, vſibus, & naturis, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Militiæ, illiusque Magistro pro tempore existenti, ac dilectis filijs Conventui, necnon Superioribus, & personis, sub quibuscumq; tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & in solitis clausulis, irritatibusque, & alijs decretis, ac alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis: quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma, ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissione, & forma in illis tradita, observata, inserti foret, præsen-

Num. 4:

Clemēs VII

f. 128. n. 3

Paul. III.

fol. n. 9:

Num. 5:

tibus, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robe permanensuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, ceterisq; contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, suppletionis, decreti, applicationis, appropriationis, statuti, ordinationis, concessio nis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationē Omnipotentis Dei, ac Beatorū Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo quinto, tertio Idus Iunij, Pontificatus nostri anno primo.

An. 1535

PAVLVS III.

I. *Bona Praeceptoriarum, & Beneficiorum, per novenium locari posse, concedit.*

Concordat.
Num. 1.

PAVLVS Episcopus, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) Ex solita Sedis Apostolicæ clementia, personarum quarumlibet, præfertim sub Regularibus Militijs, altissimo famulan tium, profectui, libenter intendentes, ea, quæ propterea provide ordinata dicuntur, ut firma perpetuò, & illibata perlstant, libenter cum à Nobis petitur, Apostolico munimine robora mus, ac de novo concedimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Sanè charissimus in Christo filius noster Carolus, Romanorum Imperator semper Augustus, suo, & dilectorum filiorum modernorum Priorum, Praeceptorū, & Fratrū Militiæ de Alcantara, Cistercién. Ordinis nominibus, Nobis nuper exponi fecit, quod aliás, postquam felicis recordationis Benedictus PP: XII. prædecessor noster, tunc Prioribus, Praeceptoribus, & Fratribus dictæ Militiæ, pro tempore existentibus, ut fructus, redditus, & proventus Prioratum, Praeceptoriarum, & aliorum Beneficiorum eiusdem Militiæ, per eos, pro tempore obtentorum, ad quinquennium, & non ultra arrendare possent, Apostolica auctoritate cōcesserat; Carolus Imperator, qui etiam Hispaniarum Rex, & perpetuus Administrator in spiritualibus, & temporalibus, per Sedem eandē deputatus existit, ac moderni Piores, Praeceptores, & Fratres

præ-

præfati, in Capitulo generali ipsius Militiæ, in oppido de Madrid, Tolet. Diceces celebrato, convenientes, ex certis causis, quod ipſi moderni, & pro tempore existentes Priors, Præceptores, & Fratres eiusdem Militiæ, fructus, redditus, & proven-
tus, Prioratum, Præceptoriarum, & Beneficiorum dictæ Militiæ huiusmodi, per eos, pro tempore obtentorum ad novenniū arrēdare possent, sub nostro, & dictæ Sedis beneplacito, statuerunt, & ordinarunt, seu licentiam a Nobis desuper, & ipsa Sede petere, decreverunt. Quare prefatus Carolus Imperator, & Ad ministrator, suo, ac modernorum Priors, Præceptorum, & Fratrum prædictorum nominibus prædictis, Nobis humiliter supplicari fecit, ut statuto, & cordinationi, seu decreto huiusmodi, pro eorum subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adjicere, ac aliàs in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolica dignaremur. (2) Nos igitur moder- Num. 2.
nos Priors, Præceptores, & Fratres prædictos, ac eorum singulos præfatos, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijisque Ecclesiasticis censuris, pœnis, & sententijs, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequēdum, harum serie absolvētes, & absolutos fore censentes, ac cōcessionis, necnō statuti, & cordinationis, seu decreti prædicto ū, veriores tenores, præsentibus pro expre-
fis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, statutū, seu cordinationem, & dectrum huiusmodi, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus: ac illis perpetuè firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan intervinerint in eisdem, supple-
mus. Et nihilominus pro potiori cautela, Prioribus, Præcepto-
ribus, & Fratribus dictæ Militiæ pro tempore existētibus, fru-
ctus, redditus, & provenitus Prioratum, Præceptoriarum, & Be-
neficiorum suorum huiusmodi, ad Novennium, ut præfertur,
quibusvis personis, etiam laicis, illorū, ac Prioratuū, Præcepto-
riarum, & Beneficiorum eorundem, conditionem efficere me-
liorem offerentibus, pro pretio, seu pretijs, de quibus eis vide-
bitur, arrendandi, seu ad firmam, vel annuam responsionē, dan-
di, & concedendi, plenā, & liberam, auctoritate, & tenore præ-
missis, facultatem concedimus. Decernentes arrendationes, lo-
cationes, & concessiones, ut præfertur faciendas, validas, & ef-
ficaces existere. Ac Priorum, Præceptorum, & Fratrum eorun-
dem successores, ad illarum observationem teneri, & efficaci-
ter obligatos existere, nec ab illis quomodocumque resiliere

posse. Sicque per quoscumque iudices, & Commissarios, quavis auctoritate fingentes, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, diffiniendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, diffiniri, & interpretari debere; necnon irritum, & inane, quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. (3) Non obstantibus Benedicti huiusmodi, ac piæ memoriae Pauli PP.

Num. 3. II. etiam nostri prædecessorum, & quibusvis alijs cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: necnon Militiæ, & Ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, stabilitatis, vsibus, & naturis, ac privilegijs, & indultis Apostolicis, eidem Militiæ, sub quibuscumq; tenoribus, & formis, ac cū quibusvis etiā derogatoriarū derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis: necnon irritantibus, & alijs decretis, ac aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, nō autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret: tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbū, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, observata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & totaliter insertis, habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, supplectionis, concessionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorū Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo sexto, quinto Kalend. Augusti, Pontificatus nostri anno secundo.

An. 1536

PAVLVS

PAVLVS III.

I Statuit Procuratorem Generalem Militiae de Alcantara, interessere deberet in omnibus Congregationibus Ecclesiarum, factis ad distributionem subsidiorum, & aliarum collectarum: Aliter factas annullat.



AVLVS Episcopus, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) Pastoralis officij, Nobis meritis licet imparibus, ex alto cōmissi, solicitude requirit, vt ad ea, per quæ Religiosarum personarum quarumlibet, præfertim sub regularibus Militijs, studio piæ vītæ vacantibus, profectui consulatur, libenter intendamus: ac desuper eiusdem officij partes favorabiliter im partiamur, prout Catholicorum Principum exposcit devo-
tio, & idem in Domino conspicimus, salubriter expedire. Sanè charissimus in Christo filius noster Carolus, Romanorum Imperator semper Augustus, qui etiam Castellæ, & Legionis Regnorū Rex, ac Militiae de Alcantara, Cisterciensis Ordinis, perpetuus Administrator in spiritualibus, & temporalibus, per Secundum Apostolicam deputatus existit: suo, & dilectorum filiorū vniverſorum, Priorum, Præceptorum, Militum, & Fratrum dictæ Militiae, Caurieñ. Diceces nominibus, Nobis nuper expo-
ni fecit: quod cum ipsis Priors, Præceptores, Milites, & Fra-
tres, Prioratus, Præceptorias, & alia Beneficia Ecclesiastica, per ipsius Militiae Milites, & Fratres, obtineri solita, diversis Diœcesibus dictorum Regnorum consistentia, obtinentes, in repartitione, seu contributione subsidiorum, quartarū, & alio-
rum onerum, etiam novissimè auctoritate Apostolica impo-
sitorum, pro eo quod in taxatione fructuum, reddituum, & proventuum dictorum Beneficiorum, per Clericos seculares taxatorum, non interfuerant, multò longè, ac plus debito per eosdem Clericos seculares, qui dictæ Militiae Beneficia immo-
deratè, & excessivè, nec consideratis singulis Beneficijs prædi-
ctis, quæ per diversas Diœceses despresa, sub generali taxa-
tione cuiusque Diœcesis, deberent includi, & compre-
hendi, taxarunt, gravati fuerunt: & in dies, occurrenti-
bus similibus impositionibus gravari formidant: & si in no-
vissima Congregatione nuper facta, pro taxatione, ac reparti-
tione suorum reddituum, prout decebat, moderanda, voca-
ti, seu citati fuissent, illique interfuerint, profecto Priors, &

Concordat.
Num. I.

Præceptores, alijque beneficia huiusmodi obtinentes; ex ea, quod inibi non interfuerant, de nullo alio, quam de se cōqueri valerēt. Quare p̄fatus Carolus Imperator, ac Administrator, suo, & dictorū Priorū, & Præceptorū, Militum, ac Fratrum no minibus, Nobis humiliter supplicari fecit, vt ad removendam omnē fraudis, & doli suspicionem; quod de cetero occurrentibus quibusvis decimis, quartis, collectis, & subsidijs, ac simili bus, vel dissimilibus oneribus, in illorum distributionibus, & repartitionibus, Procurator, seu Sindicus generalis dictæ Militiæ, aut persona per Capitulum generale eiusdem Militiæ, vel Consilium Ordinum nominanda, vocari debeat, statuere, & ordinare, ac alijs in præmissis opportунè providere, de benignitate Apostolica dignaremur. (2) Nos igitur, dictæ Militiæ prof perum statum, & fœlicem succēsum, paterno celantes affectu, Priors, Præceptores, Milites, & Fratres prædictos, ac eorum quemlibet, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibusquolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dum taxat consequēdum, harum serie absolvētes, & absolutos fore censemtes, huiusmodi supplicationibus inclinati, quod de cetero, perpetuis futuris temporibus, occurrentibus quibusvis decimis, quartis, collectis, & subsidijs, ac similibus, vel dissimilibus, oneribus, etiam super fructibus, redditibus, & proventibus, Prioratum, Præceptoriarum, ac aliorum Beneficiorum Militiæ huiusmodi, per Nos, & Sedem eandem, aut eius Legatos, seu Nuntios, vel qualvis alias personas, quavis auctoritate fungentes, etiā ad Imperatoris, Regum, Ducum, & quorūvis aliorū Principum, seu etiam nullius instantiam, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam pro expeditione cōtra infideles, aut quavis alia quantumcumque urgentissima causa, pro tempore impositis, in repartitionibus, distributionibus, & quibusvis alijs congregationibus, in quibus Clerici fœculares, vel eorum Procuratores, super distributionibus, & repartitionibus huiusmodi, intervenire solent, Procurator, seu Sindicus generalis dictæ Militiæ, aut persona per Capitulum Generale eiusdem Militiæ, aut per Consilium Ordinum nominanda, ad interessendum inibi, videndumque, & examinandum, quid, & quantum pro singulis Prioratibus, & alijs Beneficijs Militiæ huiusmodi, in taxatione vniuersali cuiusque suæ proximæ Diœcesis includatur, pro sua rata taxandis, vocari, ac in repartitionibus huiusmodi fru-

Num. 2.

fructuum, reddituum, & proventuum, Prioratum, seu Beneficiorum Militiae huiusmodi, in vnaquaque Diocesi dictorum Regnorū, pro sua rata includi debeat, dicta auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò statuitus, & ordinamus. Necnon taxationes, seu distributiones huiusmodi, aliter quam ut præfertur pro tempore factas, & inde secuta quæcumque, nulla, nulliusq; roboris, vel momenti existere; sicque per quoscumque, tam ordinaria, & delegata, quam mixta auctoritate fungentes iudices, & personas, sublata eis, & eorum cūlibet, quavis alter indicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere: ac ex nunc irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. (3) Non obstantibus præmissis, ac quibusvis alijs Apostolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Concilijs, editis, generalibus, vel specialibus, constitutionibus, & ordinationibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, ac in forma Brevis, per quoscumq; Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & Sedē eandem, etiam motu, & scientia similibus, ac Imperiali, Regia, & quavis alia instantia, etiam cum quibusvis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis, etiam disponentibus, quod fructuum, reddituum, & proventuum huiusmodi taxatores, pro tempore existentes, quæcumque Beneficia Ecclesiastica, tam secularia, quam regularia iuxta eorum ordinationem, ac beneficia ipsa obtinentibus, non vocatis, nec citatis, taxare valeant. Quibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma servanda foret: & in eis caveatur expressè, quod illis, nullatenus derogari possit: illorum omnium tenores, præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos, & formas ad id servandos, pro individuo servatis habentes, ac vice dumtaxat, illis alijs in suo labore permansuris, harum serie specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, statuti, ordinationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Om-

Num. 3.

An. 1536

nipotentis Dei, ac Beatorū Petri, & Pauli Apostolorum eius se
noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, anno
Incarnationis Dominicæ millefimo quingentesimo trigesimo
sesto, tertio decimo Kalend. Iulij, Pontificatus nostri anno
secundo.

PAVLVS PP. III.

I Innovat, declarat, & confirmat Bullam de arrendarione facienda
per Novennium.

Concordat.



D perpetuam rei memoriam. Vacantibus sub
Regularibus Militijs, pro Fidei Catholicæ de-
fensione, Apostolici favoris præsidium liben-
ter impendemus. Et in ijs, per quæ eorum pro-
fectibus consulatur, & indemnitatibus provi-
deatur, Nos eis gratiosos, & favorabiles exhi-
bemus.

Num. 1. Dudum siquidem cum charissimus in Christo filius
noster Carolus, Romanorū Imperator semper Augustus, suo,

*Paul. III.
fol.* ac tunc Priorum, Præceptorū, & Fratrū Militiæ de Alcantara,
Cisterciens. Ordinis nominibus, Nobis exponi fecisset, quod
alias, postquam felicis recordat. Benedictus PP. XII. præde-
cessor noster, tunc Prioribus, Præceptoribus, & Fratribus di-
cta Militiæ, pro tempore existentibus, vt fructus, redditus,
& proventus Prioratum, Præceptoriarum, & aliorum Bene-
ficiorum eiusdem Militiæ, per eos, pro tempore obtentorum,
ad quinquennium, & non ultra arrendare possent, Apostolica
auctoritate cōcesserat; Carolus Imperator, qui, & tunc Hispa-
niarum Rex, & dictæ Militiæ perpetuus Administrator in spi-
ritualibus, & temporalibus, per Sedem Apostolicam deputa-
tus existebat, ac tunc Piores, Præceptores, & Fratres præfa-
ti, in Capitulo generali ipsius Militiæ in oppido de Madrid, To-
let. Diceces. celebrato, convenientes, ex certis causis, quod ipsi
tunc, & pro tempore existentes Piores, Præceptores, & Fratres
eiusdem Militiæ, fructus, redditus, & proventus Prioratum,
Præceptoriarum, & Beneficiorum Militiæ huiusmodi, per eos
pro tempore obtentorum ad novenniū arrendare possent, sub
nostro, & dictæ Sedis beneplacito, statuerant, & ordinaverant,
seu licentiam desuper a Nobis, & ipsa, petere decreverat. Nos
tunc eiusdem Caroli Imperatoris, & Administratoris, suo, ac
tunc

tunc Priorum, Præceptorum, & Fratrum prædictorum nominibus prædictis, Nobis super eo humiliter supplicantis, in ea parte, supplicationibus huiusmodi inclinati, statutum, & ordinationem, seu decretū huiusmodi, per alias nostras litteras approbavimus, & cōfirmavimus, ac illis perpetuæ firmitatis robur adiecimus. Omnesque & singulos iuris, & facti defectus (si qui forsan intervenerāt in eisdem) supplevimus. Et nihilominus pro potiori cautela Prioribus, Præceptoribus, & Fratribus Militiæ huiusmodi, pro tempore existētibus, vt fructus, redditus, & proventus Prioratum, Præceptoriarum, & Beneficiorum suorum prædictorum, ad novennium, vt præfertur quibusvis personis etiam laicis, illorum, ac Prioratum, Præceptoriarum, & Beneficiorum eorundem, conditionem efficere meliorem offerentibus, pro pretio, seu pretijs, de quibus eis vide-retur, arrendandi, seu ad firmam, vel annuam pensionem dandi & concedendi, plenam, & liberam facultatem cōcessimus. Ac arrendationes, locationes, & concessiones, vt præfertur, faciē-das, validas, & efficaces existere: ac Priorum, Præceptorum, & Fratrum eorundem, successores, ad illarum observationem teneri, & efficaciter obligatos existere, nec ab illis quomodo cū-que resilire posse: sicque per quoscumque iudices, & Commis-farios, quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cui libet, quavis aliter iudicandi, diffiniendi, & interpretandi facul-tate, & auctoritate, iudicari, diffiniri, & interpretari debere. Necnō quidquid secus super his à quoquā quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingere, irritum, & inane decrevimus, prout in eisdē litteris pleniū continetur. (2) Cum autem sicut idem Carolus Imperator & Administrator, suo, ac dilectorum filiorum modernorum Priorum, Præceptorum, & Fratrum eiusdem Militiæ nominibus, Nobis nuper exponi fecit, in dicto Capitulo, circa huiusmodi arrendamenta, ex tunc de cætero ad novennium per Priores, Præceptores, & Fratres prædictos facienda, etiā decretum, seu declaratum fuerit, quod decedente aliquo Priore, seu Præceptore, vel Fratre, arrenda-tore eius, in Prioratu, Præceptoria, vel Beneficio, cuius fructus, redditus, & proventus sic arrendasset, successor, arrendamen-tum huiusmodi, vsque ad complementum illius anni, quo, eum decedere contingere, etiā si in illius principio, seu medio dece-deret, observare teneretur. Et idem ordo observaretur, si ali quis Prior, Præceptor, vel Frater amoveretur, aut ad aliū Prio-ratum, seu aliam Præceptoriam, vel ad aliud beneficium trans-feretur, ex tunc de cætero idem Præceptor, & Arrendator exi-stet.

sterent. Et arrendamenta sua prout illis melius videretur, face re possent. Sed hoc observandum non censeretur, in arrendamentis herbarum, seu pratorum existentium ad pascendum, & laborandum, quæ, tam Arrendatores, quā successores in Prioratibus, Præceptorij, & Beneficijs huiusmodi, per totum tempus pro quo facta forent, observare adstricti essent: cum ex hu iusmodi herbis & pratis, in aliquibus annis perciperetur, quod in alijs solveretur, de quibus in dictis litteris mentio facta non extitit. Ac propterea a nonnullis afferetur, decretum, & declarationem huiusmodi, per easdem litteras minimè approbata, & confirmata fuisse. Ac etiam à nonnullis hæsitetur, an statutum, concessio, & litteræ huiusmodi, ad ipsum Carolū Imperatorem, & pro tempore existentem dictæ Militiæ Magistrū, seu Administratorem, se extendant, & ipse sub illis comprehēdatur. Idem Carolus Imperator, & Administrator, suo, & modernorum Priorum, Præceptorum, & Fratrum nominibus supradictis, Nobis humiliter supplicari fecit, vt eis super ijs opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

- Num. 3. (3) Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, moder nis, & pro tempore existētibus Prioribus, Præceptoribus, & Fratribus Militiæ huiusmodi, quod litteræ prædictæ, cū omnibus, & singulis in eis cōtēptis clausulis, à datis præsentium valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant: necnon Prioribus, Præceptoribus, & Fratribus suffragētur: ac executores præfati, & ab eis pro tempore deputati sub executores, ad illarū executionem procedere possint, perinde, ac si in eisdem litteris, de decreto, & declaratione præmissis, expressa mentio facta, & illa, per easdē litteras specialiter, & expreſſè approbata, & confirmata fuissent, auctoritate Apostolica tenore præsentiu cōcedimus, & pariter indulgemus, seu etiam decernimus. Et nihilominus pro potiori cautela, decretum, & declarationem huiusmodi, & inde secuta quæcūq; auctoritate, & tenore prædictis approbamus, & confirmamus. Necnon omnes, & singulos iuris & facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, supplemus: ac illis perpetuæ firmitatis robur adjicimus: eaque firmiter observari debere decernimus. Et insuper prefato Imperatori, & pro tempore existenti dictæ Militiæ Magistro, seu Administratori, vt fructus, redditus, & proventus Mensæ suæ Magistralis, ad novennium, prout Piores, Præceptores, & Fratres prædicti, iuxta statuti, & cōcessionis prædictorum formam, & tenorem, arrēdere liberè, & licitè valeat, similiter cōcedimus, & indulgemus. Decernentes sic in præmissis, per quoscumque iudi-

iudices, sublata eis, quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere. Nec non irritum, & inane, si secus super ijs a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: necnon omnibus illis, quae in dictis litteris voluimus non obstatre, ceterisque contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die XIV. Ianuarij M.D. XXXVIII. Pontif. nostri anno quarto.

An. 1538

PAVLVS III.

- 1 Narrationem continet.
- 2 Non tenentur Milites, Castitatis absolutæ votum emittere, sed coniugalis.
- 3 Recipi possunt coniugati.
- 4 Milites coniugi, omnibus gaudent priuilegijs Ordini concessis.
- 5 Magistratus, Praeceptorias, & officia possunt obtinere.
- 6 Disponere, & testare licite valent.
- 7 Filii eorum legitimi in bonis succedunt.
- 8 Matrimonium legitimum, & proles legitima.
- 9 Capitulis facultatem concedit statuendi.
- 10 Priuilegijs Militiae Sancti Iacobi gaudent.
- 11 Executionem committit.
- 22 Clausula non obstantibus.



AVLVS Episcopus, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) Romanus Pontifex, Christi in terris Vicarius, præcipuum à Domino super gentes, ac Regna, obtinens Principatum, circa statum, directionem, & conservationem Religioſarum personarum quarumlibet, præfertim sub Regularibus Militijs, pro Fidei Catholicæ defensione, & infidelium depressione continua insudantium, diligenter intendens, illarum ritus, & regularia instituta, interdum immutat, moderatur, & ampliat: & ut personæ ipſæ, votivis perfruantur eventibus, meditatio- nis suæ curas, diffusius interponit, prout eiusdem Fidei cultorū, Catholicorum Regum, & Principum vota poscunt: & ut id, personarum earumdem conditione, ac locorum, & temporum qualitate pensatis, conspicit in Domino falubriter ex-

Concordat.
Num. I.

pedire. Sanè charissimus in Christo filius noster Carolus, Romanorum Imperator semper Augustus, qui etiam Castellæ, & Legionis Rex, ac Sancti Iacobi de Spata, sub Regula Sancti Augustini, necnon de Calatrava, & Alcantara, Cisterciensis Ordinis, Militiarum, in Castellæ, & Legionis Regnis institutarū, perpetuus Administrator in spiritualibus, & temporalibus, per Sedem Apostolicam deputatus existit, Nobis nuper exponi fecit, quod si Praeceptoribus, Commendatoribus nuncupatis, ac Militibus, & Fratribus dictarum de Calatrava, & de Alcantara Militiarum (qui in professionis regularis earundem Militiarum emissione, per singulos eorum pro tempore factæ, inter cætera, perpetuæ Castitatis & Continentiæ votum, iuxta Regularia instituta, & Diffinitiones, seu stabilimēta Militiarū, & Cisterciens. Ordinis huiusmodi, emittere, & ad illam perpetuò, & inviolabiliter observandam, specialem promissionem facere consueverunt) concederetur, vt voto aliquo super Castitate non emissso, de cætero matrimonium, ad instar Praeceptorum, Militum, & Fratrum dictæ Militiæ Sancti Iacobi de Spata, quām ingredi volentes, etiam postquam coniugati fuerint, & prolem legitimam suscepient, etiam coniuge superstite, in illius Fratres, & Milites, iuxta privilegia, illi, à dicta Sede concessa, quæ in viridi observantia fuerunt, & existunt, recipiuntur, & admittuntur, contrahere possent. Profecto plures etiā magni nobiles dictorum Regnum, in quibus ipsarum de Calatrava, & Alcantara Militiarum, Praeceptoriorum, atque loca, pro maiori parte consistunt, ad ingrediendum easdem de Calatrava, & Alcantara Militias, & exponendum se, ac eorum facultates, pro debellatione infidelium, Christiani nomini inimicorum, facilius invitarentur: ac eisdem de Calatrava, & de Alcantara Militijs, etiam ad exaltationem Christianæ Religionis, plurimum incrementi, utilitatis, & commodi, necnon eorundem Praeceptorum, & Militum, ac Fratrum, qui, facilius pudicitia coniugalem, quām perpetuam continentiam servarent, saluti animarum proveniret. Quare præfatus Carolus Imperator, Rex, & Administrator, Nobis nuper suplicari fecit, vt pro dictarum de Calatrava, & Alcantara Militiarum conservacione, prospero statu, & directione, ac Christianæ Religionis augmento, super his opportunitate, providere, de benignitate Apostolica dignaremur. (2) Nos igitur, qui earundem de Calatrava, & de Alcantara Militiarum, & illarum personarum, salubrem profectū, & fœlicē successū, sinceris exoptamus affectibus, huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica te-

Petitio.

Num. 2.
Concessio.

nore præsentium, perpetuò statuimus & ordinamus: quòd omnes, & singuli Christi fideles, præsentes, & futuri, quibus de cætero, perpetuis futuris temporibus, de Calatrava, & de Alcantara Militias huiusmodi, canonice ingredi contigerit, etiam illarum Magistri, in Regulari, per eos, iuxta illorum instituta, & stabilimenta prædicta, pro tempore emittenda professione, ad emittendam professionem voti perpetuae Castitatis & Continentiæ huiusmodi, minimè teneantur: nec ad id, inviti quoquo modo coarctari possint. Sed illius loco, votum coniugalis Castitatis, iuxta instituta, & stabilimenta Militiæ Sancti Iacobi præfatæ, emittere debeant: etiam perinde, ac si eis, per statuta & stabilimenta de Alcantara, & Calatrava Militiarum huiusmodi, prohibitum non esset matrimonium contrahere; & in illo, postquam contractum fuerit, in dictis de Calatrava, & de Alcantara Militijs permanere. (3) Et si aliqui fideles, etiam præsentes, & futuri coniugati fuerint, etiam coniuge superstite (prout Milites, & Fratres Militiæ Sancti Iacobi huiusmodi, possunt, & consueverunt) etiam si prius matrimonium contraxerint, aut etiam iam contractum sit, aliquam ex eisdem de Calatrava, & de Alcantara Militijs ingredi, & professionem voti coniugalis Castitatis (aliás iuxta eorum instituta, & stabilimenta prædicta) emittere voluerint: etiam si ex coniuge antea suscepta, prolem tunc legitimam susceperint, in Fratres & Milites, dictarum de Calatrava, & de Alcantara Militiarum (aliás iuxta statuta, & stabilimenta Militiarum huiusmodi) recipi, & admitti, ac in eis continuò permanere. (4) Ipsique Magistri, Præceptores, Milites, & Fratres futuri, etiam postquam matrimonium, iuxta instituta, & stabilimenta Militiæ Sancti Iacobi prædictæ contraxerint, ut præfertur, omnibus, & singulis privilegijs, immunitatibus, exemptionibus, gratijs, libertatibus, prærogativis, favoribus, & indultis, eis antequam matrimonium, huiusmodi contraherent, ratione illarum de Calatrava, & de Alcantara Militiarum huiusmodi, quam professi fuerint, quomodolibet concessis, & quibus ante contractum, matrimonium præsidet, de iure, vel consuetudine vtebantur, potiebantur, & gaudebant, ac vti, poteri, & gaudere poterant, in omnibus, & per omnia, perinde, ac si matrimonium non contraxisserent, vti poteri, & gaudere. (5) Omnesque, & singuli, vt præmittitur, pro tempore coniugati (prout Milites & Fratres eiusdem Militiæ Sancti Iacobi, illius Magistratus, Præceptorias, Dignitates, & Officia, recipere, & retinere possunt, & consueverunt.) Magistratus, Præceptorias, Dignitates, & Officia

Num. 3:

Num. 4:

Num. 5:

quæ-

- Num. 6. quæcumque, earundem de Calatrava & de Alcantara Militiarum (aliás Canonice) recipere, & retinere. (6) Ac (prout etiam Præceptores, Milites, & Fratres dictæ Militiæ Sancti Iacobi, iuxta eorū instituta, seu stabilimēta) possint, de quibuscumq; eorum rebus, & bonis, mobilibus, & immobilebus, cuiuscumq; qualitatis, & conditionis, existentibus, præalentibus, ac futuris, ad eos iure hæreditario, aut aliás quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, & per eos, etiam intuitu, seu respectu ipsarū Militiarum, & Præceptoriarum, seu aliás quomodolibet licetè acquisitis, & adquirendis, libcrè testari, & disponere, & erogare. (7) Ac ipsorum liberi, & hæredes ex legitimo matrimonio geniti (prout liberi, & hæredes dictorum Præceptorum, & Militum, ac Fratrum ipsius Militiæ Sancti Iacobi, possunt in illis omnibus, & singulis succedere) in omnibus, & per omnia, iuxta statuta, & stabilimenta dictæ Militiæ S. Iacobi, liberè & licetè succedere valeant. (8) Decernentes matrimonium sic per ipsos Milites, & Fratres, pro tempore contractum, canonicum fore, & proles utriusque sexus, ex illis iam forsan suscepas, & pro tempore suscipiendas, legitimas fore: & nihilominus privilegia, immunitates, exemptiones, gratias, libertates, prærogationes, favores, & indulta prædicta, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum inferentur, præsentibus pro expressis haberi, volumus, auctoritate Apostolica, & tenore prædictis approbamus, & confirmamus: ac omnes, & singulos, iuris, & facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdē, supplemus: iliaque perpetuè firmitatis robur obtainere, & firmiter observari debere, decernimus, ac ea de novo cōcedimus. (9) Et insuper Capitulis generalibus dictarum de Calatrava, & de Alcantara Militiarū, Diffinitiones, & ordinationes, ac statuta huiusmodi, prout melius convenire videbitur, reformandi, emendandi, & limitandi, ac in toto, vel in parte, cōmutandi, & alia de novo rationabilia, & honesta pro iurium, & privilegiorum earundē Militiarum, & personarum conservatione opportuna, & necessaria, faciendi, edendi, & ordinandi, plenam, & liberam facultatem concedimus. Quæ postquam emenda, reformata, limitata, edita, & ordinata, ac apposita fuerint, eo ipso, Apostolica auctoritate confirmata censeantur. Præterea prefatum Carolum Imperatorem & Regem, ac dictarum Militiarum Magistrū, ac omnes, & singulos Præceptores, necnon Milites, & Fratres, Militiarum huiusmodi, ab omnibus, & singulis excōmunicationibus, & alijs censuris, & pœnis, quas præmissa a Nobis obtainere procurando, forsan iuxta statuta, & stabilimenta pre-
- di-
- Ab solvit.*

dicta, aut alias quomodolibet incurrerunt, eisdem auctoritate & tenore absolvimus: & ab eis, omnem inhabilitatis, & infamiae maculam, sive notam, pereos propterea quomodolibet contractam, penitus, & omnino abolemus. (10) Necnō eisdem Magistris, & omnibus & singulis Præceptoribus, Militibus, & Fratribus, pro tempore existentibus, vt statutis, ordinatione, decreto, & alijs præmissis, ac præstib[us] litteris, plenariè: nec non tam illis, quam alijs earundem de Calatrava, & de Alcantara Militiarum personis, vt omnibus, & singulis privilegijs, immunitatibus, exemptionibus, gratijs, libertatibus, prærogativis, favoribus, & litteris Apostolicis, Militiae Sancti Iacobi de Spatha huiusmodi, illiusque Magistro, Præceptoribus, Militibus, Fratribus, & alijs personis pro tempore existentibus, per quoscumque Romanos Pontifices, ac forsan per Nos, sub quibuscumque tenoribus & formis, concessis, & concedendis, ac si præfatis Miliis de Calatrava, & de Alcantara, specialiter, ac nominatim concessa forent, vti poterit, & gaudere, liberè, & licetè valeant, de speciali gratia indulgemus. Decernentes præsentes litteras, de subreptionis vitio, vel intentionis defectu, notari non posse; sicque per quoscumque iudices, quavis auctoritate fungentes (sublata eis, & eorum cuilibet, quavis alter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate) iudicari, & diffiniri debere; necnon irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter cōtigerit attentari. (11) Quo circa dilectis filijs nostris, Sancti Ioannis Ante Portam Latinam, ac Garsiæ Sanctæ Susannæ, & Petro Manrique Sanctorum Ioannis & Pauli titulorum Presbyteris Cardinalibus, eis mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios, præsentes litteras, ac in eis contenta quæcumque, vbi, & quandocumque opus fuerit, ac quoties super hoc pro parte Magistrorum, Præceptorum, Militum, & Fratribus prædictorum, desuper fuerint requisiri, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate Nostra, firmiter observari. Ac singulos, quos ipsæ præsentes litteræ concernunt, illis pacifice gaudere. Non permittentes eos desuper, per quoscumque contra præsentium tenorem quomodolibet indebet molestatari: Contradictores quoslibet, & rebelles, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, appellatione postposita compescendo; ac censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij fæcularis. (12) Non obstantibus præmissis piæ memo-

Num. 10

Privilegia
S. Iacobi co-
municat.

Irritat]

Num. 11

Committit
executionē.

Num. 12

riæ Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri constitutione,
 qua cavetur, ne quis extra suam civitatem, vel Dioœces. nisi in
 certis casibus, & in illis, vltra vnam dietam à fine suæ Dioœces.
 ad iudicium evocetur; & ne iudices a Sede prædicta diputati,
 extra civitatem, vel Dioœcesem, in quibus deputati fuerint,
 contra quoscumque procedere, aut alijs, vel alijs vices suas
 committere præsumant: & de duabus dietis in Concilio Ge-
 nerali edita, dummodo vltra tres dietas, aliquis auctoritate
 præsentium non trahatur; & quibusvis alijs Apostolicis, ac in
 Provincialibus, & Synodalibus Concilijs, editis, generalibus,
 vel specialibus constitutionibus, & ordinibus. Necnon de
 Calatrava, & Alcantara Militiarum, ac Cisterciens. Ordinis
 prædicatorum, iuramento, & cōfirmatione Apostolica, vel qua-
 vis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, stabili-
 mentis, diffinitionibus, vsibus, & naturis; necnon quibusvis pri-
 vilegijs, & indultis Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus
 & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogato-
 rijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis. Necnon irri-
 tantibus, & alijs decretis, etiam motu proprio & ex certa sciē-
 tia, ac consistorialiter, & ex quibusvis causis, ac quavis, etiam
 Imperiali, vel Regia consideratione, etiam iteratis vicibus cō-
 cessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro
 illarum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis teno-
 ribus specialis, specifica, individua, & expressa mētio, seu quę-
 vis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma, ad hoc
 servanda foret: tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum
 nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata, inserti
 forent, præsentibus pro expressis habentes illis, alijs in suo ro-
 bore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter & expre-
 sè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque: aut si ali-
 quibus communiter, vel divisi ab eadem sit Sede indultum,
 quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per
 litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de
 verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Nulli
 ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, or-
 dinationis, voluntatis, approbationis, confirmationis, suppli-
 cationis, concessionis, abolitionis, indulti, de-
 creti, mandati, & derogationis infringere, velei ausu teme-
 rario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit,
 indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pau-
 li, Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ
 apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominice millesi-
 simo

fimo quingentesimo quadragesimo, tertio Nonas Augusti, Pon
tificatus nostri anno sexto. An. 1540

EPISCOPVS SABINENSIS.

*CAPELLANIAM DE CASILLAS CONVENTVI
de Alcantara vnit.*



ANTONIVS, Miseratione Divina Episcopus Sabinens. Dilectis in Christo Priori, & Fratribus Conventus Sancti Benedicti Cisterciens. Ordinis Militiae de Alcantara, Cauriens. Dicecesis, salutem in Domino. Ex iuncto Nobis ab Apostolica Sede servitutis officio, ad ea libenter intendimus, per quæ religiosis personis, ut sacrarum litterarum studio vacare, & in Ecclesiæ Dei horrea, immarcescibiles fructus afferre possint, provideatur; & his quæ circa hoc provide facta dignoscuntur, cum à Nobis petitur, exemplum ab ipsa Sede summentes, Apostolici muniminis adjicimus firmitatem. Exhibita, si quidem Nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, quod alias Vicarius, venerabilis in Christo Patris, Dei gratia Episcopi Caurieñ. in spiritualibus, seu Officialis generalis, sufficienti ad id facultate suffultus, provide attendens, quod si in dicto Conventu, in quo quam plures religiosi devoti, bonæque, & exemplaris vitæ continuè existunt, vnum studium, in quo unus, vel duo Lectores religiosis ipsis legeret, institueretur, ex hoc ipsis religiosi doctiores efficeretur, & Sacram Scripturam melius intelligere & docere, ac fideles Christianos in viam salutis dirigere valerent: & si ad hunc effectum Capellania de Casillas in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Rocamador, dicti Ordinis, oppidi de Valencia de Alcantara, dictæ Dicecesis, quæ ad præsentationem Catholici Hispaniarum Regis, velut Administratoris perpetui dictorum Ordinis & Militiae, pertinet, dicto Conventui, perpetuò vniretur, annexeretur, & incorporaretur, ex illius redditibus, & impensa, pro dicto studio necessaria.

ria sustineri, & onera Missarum eidem Capellaniæ incum-
 bentia per dicti Conventus Religiosos commodius adimpleri,
 sique plura sancta opera ad Omnipotentis Dei laudem, &
 fundatorum, tam Conventus, quam Capellaniæ huiusmodi,
 animarum salutem effici, & exerceri assiduè possent; eandem
 Capellaniam per resignationem Reverendi in Christo Patris
 Domini Ioannis, miseratione prædicta, tituli Sancti Ioannis
 Ante-Portam Latinam Presbyteri Cardinalis, tunc illam ob-
 tinentis, in eius manibus factam, vacatæm, cum omnibus illius
 fructibus, redditibus, proventibus, emolumenis, & iuribus
 vñiversis, accedente etiam præfati Regis Administratoris con-
 sensu, dicto Conventui, auctoritate sua ordinaria vñivit, anne-
 xuit, & incorporavit. Ita ut supportatis illius oneribus, id,
 quod superfluerit, in impensam, pro vna, vel duabus personis,
 quæ dictis Religiosis continuè legant, necessariam, expona-
 tur: vosque in eiusdem Capellaniæ, & illius bonorum, & iu-
 rum corporalem, & actualem possessionem immisit, seu im-
 mitti mandavit, & fecit: aliaque pro præmissorum omnium
 implemento decrevit, & ordinavit: prout in instrumentis pu-
 blicis, seu alijs etiam scripturis desuper confectis, dicitur pleni-
 ùs contineri. Quæ omnia, pro eorum subsistentia firmiori, cu-
 pitis Apostolicæ confirmationis munimine roborari. Quare
 supplicari fecisti humiliter, vobis super his per Sedē Aposto-
 licam, de opportuno remedio provideri. Nos igitur instru-
 mentorum, aliarumque scripturarum prædictarum tenores,
 præsentibus pro sufficenter expressis habentes, vestrisque in
 hac parte supplicationibus incinati, auctoritate Domini Pa-
 pæ, cuius Pœnitentiariæ curam gerimus, & de eius speciali
 mandato, super hoc vivæ vocis oraculo Nobis facto, vñionem,
 annexionem, & incorporationem prædictas, & prout eas con-
 cernunt omnia & singula, per præfatum Vicarium Episcopi
 Caurieñ. facta, decreta, & ordinata, ac in dictis instrumentis,
 seu scripturis contenta, & inde secuta quæcumque licita & ho-
 nesta, veris existentibus præmissis, tenore præsentium appro-
 hamus, & confirmamus, eisque perpetuæ firmitatis robur ad-
 ijcimus. Supplentes omnes, & singulos, tam iuris, quam facti
 defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Non obstanti-
 bus Lateran. Concilij, & quibusvis alijs constitutionibus, &
 ordinationibus Apostolicis, ac tam Provincialibus, quam Sy-
 nodalibus diæque Ordinis & Militiæ, statutis, & consuetudi-
 nibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis
 firmi-

firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub sigillo officij Pœnitentiariæ, tertio Kalend. Auguſti, Pontificatus Domini Pauli Papæ Tertij anno decimo.

An. 1544

PIVS V.

Ius pæſentandi Religiosum Presbyterum ad Beneficium de Rollam, Magistro concedit.

PIVS Episcopus, servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) Regis pacifici in agro Militantis Ecclesiae dispensatores effecti, illas Catholicorum Regum petitiones, ad exauditionis gratiam, benignè admittimus, per quas Beneficiorum Ecclesiasticorum, & personarum illis in divinis pro tempore deservientium dispendijs obviatur. Sanè charissimus in Christo filius noster Philippus, Hispaniarum Rex Catholicus, qui etiam Militiæ de Alcantara, Cisterciens. Ordinis, per Sedem Apostolicam specialiter deputatus, in spiritualibus, & temporalibus Administrator existit, Nobis nuper exponi fecit: quod cum locus de Rollam, sub dominio & iurisdictione Præceptoris Præceptoriarum de la Magdalena nuncupatæ, dictæ Militiæ, Salmañ. Diœces. existat, ac in eo sit quædam Parochialis Ecclesia, quæ pro eo, quod illius vacatione pro tempore occurrente, non eiusdem Militiæ Religiosis, sed alijs personis quandoque minus idoneis, quandoque verò eidem Militiæ Præceptoriarum pernitosis conferri solet; ipsa Præceptoria, & illius Præceptor pro tempore existens, maximum in illius privilegijs patiuntur detrimentum. Et sicut eadem expositio subiungebat, si eidem Philippo, & pro tempore existenti Hispaniarum Regi, deinceps personas idoneas dictæ Militiæ Religiosas, præsentandi ad dictam Ecclesiam, cuius fructus, redditus, & proveniens, centum & quinquaginta ducatorum aurei de Camara, secundum communem aestimationem, valorem annuum non excedunt, illius vacatione pro tempore occurrente, perpetuis futuris temporibus, prout ad alia Beneficia Ecclesiastica eiusdem Militiæ, ex privilegio Apostolico sibi Apostolica auctoritate

Concordat.
Num. 1.

concessio, cui non est hactenus in aliquo derogatum, praesentia
 re consuevit, facultas concederetur: ex hoc profecto indemni-
 tati dictæ Praeceptorij plurimum consuleretur, ac eidē Eccle-
 siæ cum maiori illius Parochianorum spirituali consolatione,
 melius deserviretur. Quare dictus Philippus Rex Nobis humi-
 liter supplicari fecit, vt in præmissis opportune providere, de
 benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui singulorū,
 præsertim Catholicorum Regum votis; quantum cum Deo
 possumus libenter annuimus, huiusmodi supplicationibus in-
 clinati, eidem Philippo pro tempore existenti Regi, vt post
 hac perpetuis futuris temporibus, occurrente vacatione dictæ
 Ecclesiæ ad illam, personas dictæ Militiæ ab Ordinario loci de
 vita moribus, & idoneitate approbatas, & per dilectos filios
 examinatores in Synodo Salmantino, iuxta formam Concilij
 Tridentini, ad id pro tempore deputatos, examinatas, & ido-
 neas repertas, præsentandi per se, vel alium, seu alios, eidem lo-
 ci Ordinario, prout ipse Philippus Rex, ad alia Beneficia di-
 ctæ Militiæ præsentare consueverit, dicta auctoritate Aposto-
 lica tenore præsentium, licentiam, & facultatem concedimus,
 sibiique pariter indulgemus: ac præsentationes ad eandem Ec-
 clesiæ per dictum Philippum Regem, sic pro tempore factas,
 validas, & efficaces existere, suosque plenarios effectus sortiri:
 & sic per quoscumque Iudices & Commissarios, quavis auto-
 ritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter
 iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari,
 & diffiniri debere; ac quidquid fecus super his à quoquā quavis
 auctoritate, scienter, vel ignoranter cōtigerit attentari, irritū,
 & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis
 Apostolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conci-
 lijs editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, & or-
 dinationibus, ac Militiæ, & Ordinis prædictorum, iuramento,
 confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis,
 statutis, & consuetudinibus, contrarijs quibuscumque. Aut si
 aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede in-
 dultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non pos-
 fint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expre-
 sam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentio-
 nem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam no-
 stræ concessionis, indulti, & decreti infringere, vel ei ausu te-
 merario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit,
 indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pau-

An. 1566

li Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ mille-simo quingentesimo sexagesimo sexto, quarto Nonas Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

PIVS PP. V.

Appellationum interpositarum causas, vni ex Consiliarijs, & tribus Militibus, qui in prima instantia Votum non dederint, committendas decernit.



D perpetuam rei memoriam. (1) Exponi Nobis nuper fecit, charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, qui Sancti Iacobi de Spata, & de Alcantara, ac de Calatrava Militiarum, sub Augustini, & Cisterciens. Ordinum regulis, perpetuus Administrator, auctoritate Apostolica deputatus existit, quod Consilium Militiarum huiusmodi, in quo ad minus quatuor egregij Doctores, vel Lici-tati, in utroque, vel altero iurium, & unus Praesidens, Militiarum earundem respectivè profesi, continuè resident, de delictis, criminibus, & excessibus per Praeceptores, Milites, & Fratres, aut alias personas Militiarum huiusmodi pro tempore perpetratis & commissis, cognoscere: illosque exhibitis secum duobus Praeceptoribus, aut Militibus ancianis, illius Militiae, cuius est delinquens, punire, corrigere, & castigare, consuevit, & solet. Et quamvis delinquentes, ut præfertur condemnati, sententijs huiusmodi, tanquam iustis, & rectis acquiescere, & obedire deberint, à sententijs contra eos latis huiusmodi, appellationes interponunt, aut interponere faciunt, causasque appellationum per eos interpositarum huiusmodi, certis iudicibus extra gremium dictarum Militiarum, eis affectatis, & ut plurimum iuris ignaros, vulgo dictis in partibus Hispaniarum, *Iuezes de manga*, cum clausula, & eorum cui-

Concordat.
Num. 1.

Innoc. VIII
f. 56, n. 2.

Bullā hanc authenticā non habui.
Ex manu-
cripto codi-
ce Licetia-
ti Fr. D.
Francisci
Becerra Sa-
christa ma-
ioris des-
cripsi.

cuilibet committere faciunt, & unusquisque de dictis iudicibus solus causam, per tot Doctores, & duos ancianos prius cognitam, terminatam, & fine debito decisam, cognoscit: & vt plurimum, amicitia, aut aliquo humano affectu ductus, seu ignoranter errans, omnes delinquentes huiusmodi, iuste, & recte condemnatos, per eius nullam, iniquam, & iniustam sententiam, absolvit. Quo fit, vt delinquentes ipsi, licet gravia, & enormia crimina, & delicta commisserint, impuniri evadant: & multitudine delinquentium iudicis crescat, in multorum non modicum scandalum, & Militiarum huiusmodi vilipendium. Quare præfatus Philippus Rex, & Administrator, Nobis humiliter supplicari fecit, quatenus præmissis de opportuno remedio providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Num. 2.

(2) Nos attendentes inconveniens esse, causas criminales præfatorum Militum & Fratrum, & aliarum personarum huiusmodi, per personas Militiarum huiusmodi non professas, cognosci, & terminari debere, iustis, & honestis petitionibus ipsius Philippi Regis, in hac parte in dinati, de cætero, omnes, & singulas causas, quarumcumque appellationum interpositarum, à sententijs, per dictum Consilium, contra quoscumque delinquentes Militiarum huiusmodi, pro tempore latissim, cum in partibus commiterentur, nulli alteri personæ, seu personis, nisi vni ex prædicti Consilij Auditoribus, qui cum voto, & consilio trium Militum, qui anciani fuerint, & qui in præfata causa votum non dederint, iudicare beat, committi debere. Et quod iudex, cui, dicta causa appellationis commissa fuerit, beat, & teneatur omnino, cum ancianorum voto, & non alias, aliter, nec alio modo ipsas causas audire, cognoscere, decidere, & prout iuris fuerit, terminare, per præsentes, auctoritate Apostolica, & ex certa Nostra scientia, perpetuò decernimus, statuimus, ordinamus, & mādamus. Nō obstatibus cōstitutio-

Num. 3.

nibus Apostolicis, statutis, privilegijs quoque, & indultis, etiā iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitrte alia roboratis, & litteris Apostolicis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores Nostros, & Nos, & Sedem Apostolicam, sub quibuscumque verborum, tenoribus, & formis, irritantibus, & alijs decretis concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus illorum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, pro plenē, & sufficienter expressis habentes, hac vice specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse decernimus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datis Romæ apud

apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die XXIX. November, anno M.D.LXVII. Pontificatus nostri anno secundo.

An. 1567

PIVS PP. V.

I. Causæ appellationum à sententijs visitationum, vni ex Consiliarijs, qui in prima instantia iudex non fuerit, cum ancianorum voto, committendæ.



D perpetuam rei memoriam. (1) Exponi Nobis nuper fecit, charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, qui Sancti Iacobi de Spata, ac de Alcantara, & de Calatrava Militiarum, sub S. Augustini, & Cisterciens. Ordinum regulis, perpetuus Administrator, per Sedē Apostolicā deputatus existit, quod Consiliū Militiarum huiusmodi, in quo ad minus quatuor egregij Doctores, vel Licētiati, in utroque, vel altero iuriū, & unus Præsidens, Militiarū earundē respectivè profesi, continuè resident, in dicto Cōsilio, causas pro tempore inter Præceptores, Milites, & Fratres, ac alias personas Militiarū huiusmodi illis inservientes, introductas, & pēdētes, quæ ex visitationibus, in dictis Militijs pro tempore factis, proveniūt, oriūtur, & resultant, audire, & cognoscere, illasq; iuste & recte terminare, finire, & decidere solent. Et quāvis per sententiā ipsas cōdemnati, sententijs huiusmodi, tanquā iustis, & ritē, recteque lati, acquiescere, & obedire deberēt: nihilominus, ut à sententijs, & cōdemnatione, ac pœnis in eis cōtentis, illis ritē impositis, illicitis vijs, & modis, se eximere possint, à sententijs contra eos latis huiusmodi, appellationes interponunt: causasque ipsarum appellationum, iudicibus extra gremium pærdicatarū Militiarum eis affectatis, & vt plurimum iuris ignaris, in illis partibus, vulgo dictis *Judices de manga*, cum clausula, & eorum cōlibet, cōmitti faciunt: unusque ex dictis iudicibus, solus, & vt plurimum ignarus, causam per tot iurisperitos probos, prius ritē & recte cognitam, terminatam, & mature discussam, cognoscit: & vt plurimum, amicitia, aut aliquo humano respectu ductus, seu ignoranter errat, omnesque contra quos sententiæ iuste,

Concordat.

Num. 1.

iustè, & rectè latè fuerūt, per eius nullam, iniquām, & iniustum sententiam, absolvit, in multorum scādalum, & Militiarum, & Consilij huiusmodi vilipendium. Quare prædictus Philippus Rex, & Administrator, Nobis humiliter supplicari fecit, quatenus in præmissis de opportuno remedio providere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes inconvenienseſſe, causas prædictas, inter Preceptores, Milites, & Fratres, per alias personas Militiarum huiusmodi non professas, audiri, & terminari debere, iustis, & honestis petitionibus prædicti Philippi Regis, & Administratoris, in hac parte inclinati, vt de cætero, omnes, & singulæ cauſæ, quarūcumque appellationum à sententijs prædictarum visitationum, per dictum Cōſilium, contra quoscumque Præceptores, Milites, & Fratres, & personas huiusmodi Militiarum, in cauſis prædictis pro tempore latis, cum in partibus committentur, nulli alteri personæ, ſeu personis, niſi vni ex prædicti Consilij Auditoribus, qui in prima instantia iudex principalis, ſeu Relator cauſæ nō fuerit, committi debeant: qui cauſas appellationis ſibi commiffas, cū alijs ſuis coauditoribus communicare nō poſſit, ſed ipſe ſolus cum voto, & confilio, ac affenſu duorum, aut trium Militum ancianorum Militiarum huiusmodi, qui in prædicta prima instantia votum non dederint, & non aliās, aliter, nec alio modo, ipſas cauſas audire, cognoscere, & decidere, ac prout iuris fuerit, terminare debeat, & teneatur, per præfentes auctoritate Apostolica, ex certa Noſtra ſcientia, perpetuò decernimus, ſtatuiμus, & ordinamus, ac mādamus. Nō obſtātibus cōſtitutionib⁹, & ordinationib⁹ Apostolicis, ſtatutis, privilegijs quoque, & indultis, etiā iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & litteris Apostolicis per quoscumque Romanos Pontifices prædeceſſores Noſtrōs, ac Noſ, & Sedem prædictam, ſub quibuscumque verborum, tenoribus, & formis, irritantibus, & alijs decretis quomodolibet confeſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, pro plenē, & ſufficienter expressis habentes, hac vice ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe decernimus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub anulo Pifcatoris, die xx. Ianuar. M.D. LXIX. Pontificatus noſtri anno quarto.

GREGORIVS PP. XIII.

Revocat motum proprium Pij Quinti probibentis facultatem testandi Militibus à Paulo Tertio concessam.



D perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis providentiae, & benignitatis proprium est, vbi æquitas suadet, ac Catholicorum Regum vota exposcunt, quæ generaliter à prædecessoribus suis statuta sunt, moderari. (1) Il-
laque interdum tollere, quæ facultatem te-
standi, & disponendi de bonis, quæ sub regu-
lari habitu Militiarum degentes personæ, possident, adimunt.
Licet enim fœlicis recordationis Pius Papa V. prædecessor no-
ster, per suam perpetuò valitaram constitutionem, inter alia,
omnes, & qualcumque licentias, & facultates testandi, & alias
quomodolibet disponendi, & ad certam, & quantumvis modi-
cam summam, & quantitatem, de rebus fructibus, & bonis im-
mobilibus, mobilibus, & semoventibus, inter alios, ad Magi-
stros, Piores, Præceptores, Milites, Fratres, & personas Mili-
tarum, & Hospitalium, videlicet, Sancti Iacobi de Spatha, de
Calatrava, & de Alcantara, Militiarum Hispaniarum, ratione
Præceptoriarū, Hospitaliū, & Beneficiorum Ecclesiasticorum,
etiam sacerdotalium, & aliorum Ordinum Regularium, ac pénitio-
num, & fructuum quorumcumque provenientium, necnon fa-
cta usque tunc, nō tamen effectum fortita, vigore licentiarum,
& facultatum prædictarum testamenta, & alias dispositiones
huiusmodi, etiam si per easdem licentias, & facultates dispone-
retur, quod dimidia, vel alia pars rerū, & honorū prædictorū
Militijs, Hospitalibus, Domibus, & locis, vnde illa proveni-
rent, vel alijs pijs relinquerentur, revocaverit, & aboleverit,
decernens testamenta, donationes, & alias dispositiones, quas
prætextu privilegiorum, facultatum, dispositionum, & in-
dultorum prædictorum, sic revocatorum, ac contradictarum
litterarum tenorem, per quoscumque, etiā Apostolica auctoritate
fieri, vel factas prosequi contigerit, tanquam subreptitiæ
extortas, nullius prorsus roboris, vel momenti esse, nec per eas
ius, aut titulū etiam coloratū, cuiquam acquiri posse, & alias,

Concordat.

Num. 1.

prout

prout in eiusdē prædecessoris litteras latius explicatur. Nihilo
 minus, charissimus in Christo filius noster Philippus Hispania-
 rum Rex Catholicus, Sancti Jacobi de Spatha, de Calatrava,
 & de Alcantara Militiarū, perpetuus Administrator Apostoli-
 ca auctoritate deputatus, animadvertisens, plerosque ex Militi-
 bus Militiarum prædictarū, profide Catholica tuenda, & con-
 servanda, arma induere, & ei rei plerumque perpetuam operā,
 vt veros Christi Athletas decet, navare, alios verò gravibus
 negotijs pertractandis esse distentos, & ex earūdem Militiarū
 stabilimentis, aut etiam Apostolicis indultis, libere vxores du-
 cere posse, & in Habitū Militari quandā Religiosorum imagi-
 nem referre, nihilque hominibus, præsertim Militibus prædi-
 ctis, gratiū evenire posse, intelligens, quām vt libera eis sit, de
 bonis quæ viventes possident, tam in vltima voluntate, quādo
 amplius velle non poslunt, quām aliàs disponendi attributa po-
 testas: Propterea Nobis humiliter supplicari fecit, vt ex con-
 sueta Sedi Apostolice benignitate, opportunè circa præmissa
 providere dignaremur. Nos igitur comodis Militum Mili-
 tarum prædictarum, quibus idem Philippus Rex præst, con-
 sulere, ac Philippi Regis voluntati, hac in parte satisfacere vo-
 lentes constitutionisque prædictæ seriem, ac si de verbo ad ver-
 bum infereretur præsentibus, pro expressis habentes, illā, nec-
 non illius omnes effectus (quoad hoc, vt S. Jacobi de Spatha, de
 Calatrava, & de Alcantara, Prioribus, Praeceptoribus, & alijs
 ipsarum Militiarum obtinentibus Beneficia, & quovis nomine
 nuncupatis Militibus, quæcumque licentiæ, & facultates te-
 standi, & aliàs quomodolibet disponendi, de rebus, fructibus,
 & bonis immobilibus, mobilibus, & semoventibus, vt præfer-
 tur, suffragentur, eademque licentiæ, & facultates imposterum
 valeant, ac perpetuam roboris firmitatem obtineant, suosque
 effectus plenè fortiantur) penitus & omnino, Apostolica auco-
 ritate tenore præsentium tollimus, & abolemus. Necnon testa-
 menta, & alias dispositiones in vim licentiarum, facultatū, &
 consuetudinum prædictarū, iam condita, disposita, & ordinata,
 quæ prædicta edita constitutione, iusta testatoris, vel disponē-
 tis voluntatem, effectum minime fortiri potuerunt, & quorum
 causa adhuc integra est, vt medio hoc tempore, nihil novi ac-
 cederit adversus eiusdem constitutionis dispositionem, omnia-
 que, & singula, quæ in ea continetur, in eū, in quem, antequam
 à dicto Pio prædecessore constitutio prædicta edita fuisse, quo-
 modolibet erant, statum, restituimus, reponimus, & plenariae
 rein-

reintegramus suosque plenarios, & integros effectus, impedimentis omnibus sublatis, quæ ex dicta cōstitutione proveniūt fortiri debere volumus, statuimus, & ordinamus: omnesque & singulos earundem trium militarum militibus præsentibus, & futuris, testandi, & aliæs disponendi de bonis prædictis, concessas facultates & consuetudines, potiori pro cautela approbamus, & confirmamus, illisq; perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur adiçimus. Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices ordinarios earundem Militiarum, & Delegatos, & quoscumque alios, & causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales (sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate) vbiique iudicari & diffiniri debere, iræ ritumq; & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus præmissis, alijsq; constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, tam per dictum, quam per quoscumque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, sub quibuscumq; tenoribus & formis, ac cum quibusvis, etiā derogatoriarum derogatorijs, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, etiā motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine cōcessis, etiam iteratis vicibus approbatis. Quibus omnibus, etiā si de eis eorumq; totis tenoribus specialis, & specifica, & individua mentio, aut quævis alia expressio habēda esset, illorum tenores præsentibus pro expressis, & insertis habentes, illis aliæ in suo robore permanuris, hac vice dumtaxat, specia-liter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium transumptis etiam impreissis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ præsentibus haberetur exhibitis, vel ostēsis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris, die sexta Octobris, anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus nostri anno quarto. Cæ. Glorierius.

An. 1576

CLEMENS PP. VIII.

Litteræ Apostolicæ tam gratiam, quam iustitiam concernentes, matrimoniales præcipue dispensationes, Priori de Magacela commitantur.

Concordat.
Num. 1.



ILECTE fili, salutem, & Apostolicā benedictionem. (1) Pastorālis munēris, divina dispositiōne Nobis iniuncti, ratio postulat, vt qui Vniuersalī Ecclesiæ Regimini, licet immeriti præsidemus, ad ea considerationis nostræ intuitum dirigamus, per quæ particularium Ecclesiarum, earumque Prælatorum dignitas & authoritas, conservari & augeri posse. Sanè tuo nomine Nobis nuper expositum fuit, quod licet Prioratus iste de Magacela & de la Serena Militiæ de Alcanta-ra, nullius Diœcesis, Provinciæ Compostellañ. quem obtines, proprium atque ab omni, cuiuscumque alterius Prælati, vel Antifititis, ordinaria iurisdictione separatum territorium, multa oppida & loca frequenti habitatione referta, continens, habeat, Tuque & pro tempore existentes dicti Prioratus, Prio-
res, Mitræ, (A) & Baculi usum habentes, alijsque Pontificijs in-signibus, & facultatibus utentes, Ordinariam iurisdictionem habere, & exercere confueveritis: ac præterea, alias litteræ Apostolicæ tam gratiam, quam iustitiam concernentes, & præfertim super dispensationibus Matrimonialibus, ac informa significavit, intra limites iurisdictionis dicti Prioratus, Priori pro tempore eiusdem Prioratus dirigi, ac per eum executioni demandari solerent, nuncque etiam de iure, dirigi & executio-ni demandari deberent, nihilominus, a nonnullis annis, abusu quodam, non tibi, seu pro tempore existenti Priori, sed Ordinario conviciniori dirigi cœperunt, quod cum in non modi-cum tuæ iurisdictionis præiudicium tendere appareat, Nobis humiliter supplicari fecisti, vt tibi, in præmissis de opportuno remedio providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

A Clemens
VII. f. 13 i
n. 2.

Num. 2.

(2) Nos igitur tuæ dignitatis & auctoritatis, eam, quam decet rationem habentes, teque specialibus favoribus & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensiōnis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis, à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsen-tium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & ab-solutum fore césentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, habitis etiam prius dilectorum filiorum nostrorum S. R. E. Cardinalium, decretorum Sacri Tridentini Concilij Interpre-tum, sententia, quod huiusmodi causæ, tibi & Prioribus pro tempore existentibus cōmittendæ videbātur, si Prioratus iste, vt propo nitur, nullius effet Diœcesis, ac territoriū particula-re,

re & separatum haberet: necnon dilectorum filiorum causa-
rum Palatij Apostolici auditorum relatione quod huiusmodi
qualitates in hoc Prioratu verificabantur: viso etiam Cancella-
riæ nostræ stilo, vt ex dilecti filij dictæ Cancellariæ Regentis
responso, nobis constitit, quibus omnibus negotium hoc, pari-
ter examinandum & terminandum cōmissimus: Tibi, ac pro
tempore existentibus Prioribus, Prioratus de Magacela & de
la Serena, Militiæ de Alcantara, nullius Diœcesis, & successo-
ribus tuis in perpetuum, vt litteræ quæcumque Apostolicæ,
etiam in forma brevis, ac tam gratiam, quam iustitiam con-
cernentes, ac præsertim super dispensationibus matrimonia-
libus, & informa significavit, quæ à Nobis & Sede Apostolica,
pro personis sub iurisdictione tua, dictorūque Priorū, ratione
dicti Prioribus existentibus, pro tempore posthac concedentur,
& ad partes transmittentur, tibi & pro tempore existenti Pri-
ori de Magacela & de la Serena, seu officiali vestro tanquam lo-
ci ordinatio, non autem Archiepiscopis, & Episcopis vicinio-
ribus, dirigantur, & committantur, tenore præsentium Apo-
stolica auctoritate, perpetuo concedimus & indulgemus. Man-
dantes propterea, dilectis filijs Datario, illiusque substitutis of-
ficialibus, ac cuiusvis generis supplicationum Revisoribus, ac
S. R. E. Vicecancellario, & Cancellariæ Regenti, ac Abbrevia-
toribus, de Parco maiori nuncupatis, Secretariis Apostolicis,
alijsq; eiusdem Datariæ, & Cancellariæ Apostolicæ, ac Curiæ Ro-
manæ Officialibus pro tempore existentibus, ut præmissa perpe-
tuò observare debeant. (3) Decernentes aliter dirigendas lit-
teras Apostolicas huiusmodi, nullas, irritas, & inanes, nullius-
que roboris, vel momenti fore, esse, & censeri: neque executio-
ni demendari posse. Quodque tu in causis & negotijs, quæ hu-
iustmodi litteræ concernent, procedere in omnibus, & per om-
nia valeas & debeas, ipsique pro tempore Biores valeant &
debeant, prout alij quicunque locorum ordinaria & Episco-
pali Dignitate fulgentes, in suis respectivè Civitatibus, & Diœ-
cesibus possunt & debent. Non obstantibus quibusvis Aposto-
licis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Concilijs, editis, ge-
neralibus, vel specialibus, constitutionibus & ordinationibus:
necnon statutis & consuetudinibus, etiam iuramento, confir-
matione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæte-
risque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsen-
tium transumptis, & impressis, manu alicuius Notarij publici
subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesia-
stica Constitutæ, munitis, eadem prorsus fides adhibetur,

Num. 3.

quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel
ostensæ. Dat. Tusculi, sub Anulo Piscatoris, die xx. Octobris,
M.D.XCV. Pontificatus nostri anno quarto.

An. 1595

PAVLVS PP. V.

I Fratribus Capellanis Militaribus conceduntur omnes indulgentiae,
Mendicantibus Ordinibus cæterisque Religionibus concessæ.

Concordat.
Num. 1.



D perpetuam rei memoriam. (1) Sinceræ fidei & devotionis affectus, quem dilecti filij Fratres, Capellani nuncupati, Militiarum Sancti Iacobi de Spatha, ac de Calatrava, & de Alcantara, sub Sancti Augustini, & Cisterciensis respectivè Regulis, erga Nos & Apostolicā

Sedem gerere comprobantur, promeretur; ut eorum votis, illis præsertim, quæ ad illorum Religionem & animarum salutem promovere faciunt, libenter annuamus.

Num. 2. (2) Supplicationibus itaque mortali nomine NODIS nullius
porrectis, inclinati, eisdem Capellanis (qui tamen in Conventu
vivunt, aut extra Conventum, ius fu Superiorum sunt) dum ta-
xat, quod omnibus & singulis indulgentijs & peccatorum re-
missionibus, ac pœnitentiarum relaxationibus, omnibus Re-
gularibus Ordinibus, etiam Mendicantium, per Nos hactenus
concessis, ac quibus ipsi fruuntur, & gaudent, pari modo frui,
& gaudere, libere & licite valeant, auctoritate Apostolica te-
nore præsentium concedimus & indulgemus, non obstante Re-
gula nostra, de non concedendis indulgentijs, ad instar, ceteris
que contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctam Ma-
riam Maiorem, sub Anulo Piscatoris, die xxx. Octob. M.DC.
XIX. Pontificatus nostri anno xiv.

An. 1619



PAV.

PAVLVS PP. V.

Nova indulgentiarum concessio Regularibus facta, cum antiquarum revocatione.

POMANVS Pontifex, in Beati Petri Sede constitutus, cui inter alia, cœlestis indulgentiarum thesauri dispensandi cura incumbit, solicite prospicere debet, ac solerter, ut huiusmodi indulgentiarum dispensatio, & usus, ad Dei gloriam & animarum salutem præcipue dirigatur: & ne illarum multiplicitate, confusio aut inanis interpretatione exoriatur. Proinde cū fælicis record. Clemens Papa VIII. prædecessor noster, magna cum diligentia & solicitudine procuraverit, abusus & corruptelas, tum in cōmunicando indulgentiarum thesauros, tum in modo illos recipiendi, irreptos tollere: & propterea sua quædam constitutione, formam aggregandi, instituendi, & recti administrandi societas, & confraternitates præscriperit, licet morte præventus, hanc piam eius voluntatē ad finalē executionem deducere, nec etiā ut cogitaverat, circa indulgentias à plerisque Rom. Pōt. prædecessoribus, Religionibus & Ordinibus Monasticis & mendicantibus, diversis tēporibus concessas aliquid deliberare potuerit; Nos qui nullis nostris meritis, sed sola Dei benignitate ad summi Apostolatus officium vocati sumus, suscepimus a tanto Pont. piū Catholicæ Ecclesiæ Regimē suscepimus, venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, ad hoc opus à dicto Clemēte prædecessore deputatis, de quorum numero tempore ipsius Clementis prædecessoris eramus, iniunximus, ut in illo opere progrederentur: & indulgentias Regularibus cōcessas recognoscerent: ijsque recognitis, rem nobiscum communicarēt. Cū itaque prefati Cardinales privilegia, concessiones & gratias, prædictis Religionibus & ordinibus concessa diligenter inspexerint, & examinaverint: ac eoruñem Ordinum Superiores, & officiales, pluries audiverint, ac circa easdem indulgentias, varia dubia & incertitudines & confusiones adesse compererint, & ex iudicio earundem etiam Regularium, vel aliquorū ex illis, nobis proposuerint, valde expedire, pro eorum maiori securitate, & beneficio, ut indulgentias ipsi Religionibus &

Concordat]

Num. 1.

- ordinibus, ad instar, vel per cōmunicationē, aut alio modo ha-
ctenus concessas annullaremus & revocaremus, ac alias parti-
culares illis concederemus. (2) Nos matura super hoc consulta-
tione præhabita, cupientes & personis Regularibus quibuscū-
que, quorūvis Ordinum, tam Monasticorū, quam Mendicatiū,
spirituale solatiū & iuvamen afferre, infrascriptas indulgētia
(quas, personis Regularibus intra Claustra, aut extra, cū licen-
tia tamen suorū superiorum, legitima de causa illis concessa,
degentibus, tantummodo suffragari debere declaramus) con-
cedendas duximus. Omnibus igitur Christi fidelibus, qui, cano-
nice & iuxta ordines cuiuslibet Religionis, & constitutiones
Apostolicas, habitū Regularem a legitimis superioribus, causa
profitēdi in illo, suscepint, die primo illorū ingressus in ipsā
Religionem, si verè pœnitentes & confessi, sa nctissimū Eucha-
ristię Sacramētū sumpserint, plenariā. (3) Ac cuilibet novitio,
qui pœnitens & confessus, ac Sacra cōmunione refectus, post
completū probationis annū professionē emisserit, etiā plena-
riā. (4) Necnon cuilibet Religioso intra claustra sui Monaste-
rij viventi, qui in festo principali sui Ordinis confessus, & sacra
communione refectus fuerit, aut Missam recitans, pro Christia-
norū Principū concordia, hæresum extirpatione, Rom. Pont.
salute, ac Sancte Matris Ecclesiæ Exaltatione, pias ad Deū pre-
ces effuderit, etiā plenariam. (5) In cuiuslibet verò mortis arti-
culo, si pariter verè pœnitens & confessus sacra cōmunione re-
fectus, vel quatenus id facere nequiverit, saltē contritus, nomē
Iesu ore, si potueri, sin autē corde, devotè invocaverit, etiā ple-
nariā. (6) Qui verò ad Presbyteratus ordinē promotus canonice & cōfessus, primā Missam celebrabit: Necnon etiā ijs Reli-
giosis, qui pariter confessi, ac sacra cōmunione refecti, eidem
Missæ interfuerint, aut ipso die Missam similiter celerabunt,
etiā plenariā. (7) Ijs verò qui de suorū superiorū licentia, à ne-
gotijs per dece dies alieni, in cella cōmorabuntur, aut ab alio-
rū conversatione separati, in piorū librorum, & aliarum rerū
spiritualium, animos ad devotionem & spiritum inducentiū,
lectionibus operam suam dederint; addendo sāpē cōfideratio-
nes & meditationes mysteriorum Fidei Catholicae, Divinorū
beneficiorum, quatuor novissimorū, Passionis D.N.Iesu Chri-
sti, & aliarum exercitorū, orationum iaculatoriarum, aut vo-
calium, saltim per duas horas in diem & noctem, orationibus
mentalibus se se exercendo, faciendo eodem tēpore cōfessionē
generalem, aut annualam, vel ordinariam, SS. Sacramentum
sumpserint, aut Missam celebraverint, quoties p̄o quolibet

prædictorum exercitiorū, plenariam similiter omniū peccatorū suorum indulgentiā & remissionē, misericorditer in Dño concedimus. (8) Præterea ijdem Religiosi intra claustra viventes, qui suā Ecclesiam devotè visitaverint, & vt p̄fertur, orarint, consequantur easdem indulgentias, quas visitantes Ecclesiās Vrbis, & extra eam diebus stationū, consequuntur in omnibus diebus, perinde ac si ipsas vrbis Ecclesiās personaliter visitaverint. Omnibus itē Religiosis intra claustra (vt supra vivētibus) qui quinques orationē Dominicā & toties salutationē Angelicā ante Altare eorū Ecclesiāc, in quolibet die, quinque annos & totidē quadragenas. (9) Ijs verò qui de suorū superiorū licentia in itinere existentes, aut extra Claustra degētes tanquā Prædicatores & Lectores, quinques eandem orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam ante quodlibet Altare similiter dixerint, etiam quinque annos & totidē quadragenas. (10) Necnon etiā eis Religiosis, qui per mensem integrū, singulis diebus spatio mediæ horæ orationem mentalem fecerint, ac confessi, & sacra communione ultra Dominica missis huiusmodi refecti fuerint, sexaginta annos & totidem quadragenas. (11) Qui verò contrito corde & pœnitentes, eorum culpas & peccata, ac imperfectiones, in Capitulis culpararum accusebunt, & spiritualiter communicabunt, & exercitiū virtutum facient, tres annos & totidā quadragenas. (12) Quotiescumque autē de licentia Sum. Pont. aut suorū superiorum, in Ditiones & terras infidelium, aut hæreticorū ad concionandū, aut Catholicos docendum, vel infideles & hæreticos ipsos ad Fidē Catholicam convertendum, & Ecclesiæ græmio reducendum, missi fuerint, si pœnitentes & confessi, ac sanctissima communione refecti fuerint, vel Missam celebraverint, vt melius ad huiusmodi opus fese parare valeant, pro duobus vicibus, videlicet quando itineri se accingent, & quando in provinciam, ubi prædicta opera eis exercēda erunt, ingressi fuerint, plenariā omniū peccatorū suorum indulgentiam & remissionē, misericorditer in Dño pariter concedimus & elargimur. (13) Et insuper cum superior in visitationibus generalibus, orationes quadraginta horarum pro bono visitationis progressu collocare voluerit, ijs Religiosis, qui dictis orationibus saltē spatio duarum horarum in diverso tempore interfuerint, & ibi pro Christianorū Principiū cōcordia, hæresum extirpatione, Rom. Pont. ac S. Matris Ecclesiæ Exaltatione, necnon discipline & observantiae Regularis augmento, pias ad Deum preces (vt supra dictum est) effuderint, si confessi & sacra communione refecti

Num. 8.

Num. 9.

Num. 10

Num. 11

Num. 12

Num. 13

fecti fuerint, aut Missam celebraverint, plenariam similiter omnium peccatorum indulgentiam & remissionem (vt præfertur) concedimus. (14) Volumus autem vt omnes supradictæ indulgentiæ & gratiæ, Religiosis Regularibus cuiusvis ordinis, tam Monastici, quam Mendicantis dumtaxat (vt præfertur) concessæ, etiam omnibus Monialibus cuiusvis Regulæ approbatæ, & intra Claustra cum tribus votis solemnibus videntibus, & perpetuam clausuram servantibus, tam ordinarijs locorum, quam etiam Regularibus cuiuscumque Ordinis, Regulæ & instituti subiectis suffragentur. Præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. (15) Cæterum omnes & singulas indulgentias quibuscumque ordinibus & institutis Regularibus huiusmodi, etiam Mendicantibus & quibuslibet personis Regularibus, tam vigore privilegiorum & litterarum Apostolicarum, quam vivæ vocis oraculo, aut aliæ quo vis modo per quoscumque Rom. Pont. prædecessores nostros, ac Nos, & Apostolicam Sedem hactenus concessas & confirmatas, approbatas, & innovatas, authoritate & tenore prædictis, perpetuo revocamus, casamus, annullamus, & abrogamus, & ad præsentium nostrarum litterarum præscriptum reducimus & moderamur. (16) Non obstantibus quibusvis Constit. Apostolicis, ac eorundem ordinum & institutorum Regularium, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia corroboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultijs, & litteris Apostolicis, etiam mare magnum, & Bulla aurea nuncupata, eisdem ordinibus & institutis eorumque Monasterijs, Conventibus, Collegijs, Domibus, Superioribus, & personis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & singulis, etiā si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi, præsentibus pro expressis & ad verbum insertis habentes, illis alijs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscumque. Volumus autem, vt præsenti transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eadem fides habeatur ubique, quæ præsentibus ipsis originalibus litteris haberetur. Dat. Rom. apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris, die xxij. Maij, ann. M. DC. VI. Pontificatus nostri anno primo.

Num. 14

Num. 15

Revocatio.

Num. 16

Revocatio.

Num. 16

An. 1606

PRIVILEGIA
CISTERCIENSIA,
QVIBVS GAVDET MILITIA
Sancti Iuliani de Pereiro(hodie de
Alcantara) Leonis Decimi
concessione.

ALEXANDER III.

I Abbates possunt absolvere Fratres a vinculo excommunicationis, contracto pro appositione ignis, pro violentia manuum injectione, & pro communicatione cum excommunicatis.



LEXANDER Episcopus, servus servorum Dei: Dilectis filijs Abbatibus Cisterciens. Ordinis, (1) salutem & Apostolicam benedictionem. Cum sitis arctius divinis obsequijs dediti, vestrae Religionis consideratione compelli- mur, paterna, quieti vestrae, charitate prospiri- cere, & gratiam nostram specialiter indulge- re. Eapropter dilecti in Domino filij, pijs postulationibus ve- stris inducti, praesentibus vobis litteris indulgemus, vt vnuſquisque vestrum, fratres Monasterij sui, si qui cum ad conversionē eius accedunt, vel postea confessi fuerint, quod pro appositiōne ignis, aut pro violenta manuum injectione in Clericum, vel aliam religiosam personam, vinculo teneantur excommuni- cationis adstricti, vel quod excommunicatis communicave- rint, de auctoritate nostra, facultatem habeat absolvendi, & penitentiam iniungendi, quam videritis salutarem. Dat. Tuſculaneñ. nonas Martij.

Concordat.
Num. 1.
Alex. IV.
f. 36. n. 2.
Benedict.
XIII.
f. 40. n. 1.
Gregor.
VIII.
f. n. 1.

VRBANVS III.

- 1 *Abbas benedicit novicos, & ab alieno Episcopo potest accipere, quæ à proprio fuerint indebitè denegata.*
- 2 *Vacante Sede ab alio Episcopo suscipere potest, quæ ad minus pertinent Episcopale.*
- 3 *Ab Episcopo trāseunte, recipere valēt Monachis Ordinis in propria domo.*
- 4 *Non provocentur Monachi ad iudicia secularia.*
- 5 *Ad Synodos non accedant Monachi.*
- 6 *Infra miliare ab Abbatे nullus adficit.*
- 7 *In causis, Monachorum testimonijs vtitur.*
- 8 *Familiares non excommunicantur ab Ordinarijs.*

ALEXANDER III.

Concordat.



R B A N V S Episcopus, servus servorum Dei: Dilectis filiis Abbati Cisterciē. & vniuersis Coabbatisbus eius, sub Ordine eodem Deo servientibus, Salutem,

& Apostolicam benedictionem. (1) Cūm ordo vester

Num. 2. *per infusionem divinæ gratiæ, longè latèque fidelibus Christi, sit odor vitæ in vitam, in his, quæ iustè requiritis, tanto facilius nostrū impertimur assensum, quanto plu res, vestro exemplo, in Ecclesia Dei proficiunt ad salutem. Ea propter dilecti in*

Luc. III. fol. 6. n. 9. Innoc. III. fol. 9. n. 8. Hon. III. fol. 16. n. 8. *sit odor vitæ in vitam, in his, quæ iustè requiritis, tanto facilius nostrū impertimur assensum, quanto plu res, vestro exemplo, in Ecclesia Dei proficiunt ad salutem. Ea propter dilecti in*

Domino filij, vestrīs iustis postulationibus clementius annuentes, & sollicitè providere volentes, ne ad id, quod vestram Reli-

gionem dedebeat, aliorum positis malignitate compelli, feliciis memoriæ Lucij Papæ prædecessoris nostri, vestigijs inhæ-

rentes, vobis auctoritate præsentium indulgemus, vt si Archiepiscopi, vel Episcopi, in quorum Parochijs domus vestræ fun-

datæ sunt, cum humilitate & devotione debita requisiti, Ab-

bates substitutos benedicere, & cætera, quæ ad officium Episcopale pertinent, exhibere fortè renuerint, eisdem Abbatibus

(sietiam Sacerdotes fuerint) lideat proprios novicos benedi-

cere, & cætera, quæ ad officium suum pertinent exercere: &

ab alio Episcopo accipere, quæ à suo fuerint indebita denega-

ta. Illud adjicentes, vt in recipiendis professionibus, quæ à be-

neditis, vel benedicendis Abbatibus exhibentur, ea, sint Episcopi, forma, & expositione contenti, quæ ab origine Ordinis

noscitur instituta: scilicet vt Abbates ipsi, salvo ordine suo

profiteri debeant: & contra statuta Ordinis, nullam professio-

nem facere compellantur. Quod si sedes Diceceani Episcopi,

fortè vacaverit, hæc omnia, à vicinis Episcopis libere suscipe-

re,

re, & absque contradictione possitis : sic tamen , vt ex hoc im-
posterum proprijs Episcopis nullum periudicium generetur.
(3) Quia verò interdum , proprietum Episcoporum copiam
non potestis habere, si aliquem Episcopum per vos transire cō-
tigerit, ab illo interim , Monachorum ordinaciones , benedi-
ctionem vasorum, & vestium, recipere valeatis.(4) Paci quoq;
& tranquillitati vestrae providere volētes, districtius prohibe-
mus, ne quis, vos, ad sacerdotalia iudicia provocet : sed si quis sibi
putaverit aliquid in vos, de iure competere , sub Ecclesiastico
iudice experiendi habeat facultatē . (5) Nullus etiam vos, vel
Frates vestros, ad Concilia, Synodos, aut aliquos forēses Con-
ventus ire, vel iudicio sacerdotali, de substātia vestra propria, vel
professionibus subiacere compellat : nec ad domos vestras ac-
cedat causa Ordines celebrandi, Chrisma faciendi, causas tra-
stanti, aut aliquos publicos Conventus convocandi. (6) Adij-
cientes, vt nulli infra milliare vnū ab Abbatijis, vel grangijs ve-
stris, ædificia, vel mansiones novas liceat facere. Quod si præ-
sumptū fuerit, per Episcopum Diœcesanū , vel eius officiales,
excommunicationis sententia arceatur.(7) In causis autem pro-
prijs, sive civilem, sive criminalem, contineant quæstionem, li-
ceat vobis Fratrum vestrorum, quos ad hoc idoneos esse cōsti-
terit, testimentijs vti, ne ex defectu testiū, ius vestrū valeat depe-
rire.(8) Auctoritate Apostolica interdicimus, ne quis, vicinos,
vel mercenarios vestros, pro eo quod vos ad laborandum ad-
iuverint, in illis diebus in quibus laboratis: & alij feriantur, vel
aliqua occaisonē eorum, quæ ab Apostolica benignitate, vobis
indulcta sunt, seu benefactores vestros, pro eo quod vobis aliqua
beneficia, vel obsequia ex charitate præstiterint , interdicere,
aut vinculo anathematis audeat innodare. Quod si quis, in ali-
quem de familia vestra , quamdiu in famulatu vestro fuerit,
propter detentionem decimarum, vel aliud aliquid à Sede A-
postolica, Ordini vestro concessum , excommunicationis, vel
interdicti sententiam promulgaverit, liceat vobis, eos absolve-
re, & si necesse fuerit, Ecclesiastica Sacramenta, cum sepultura
conferre. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam
nostræ constitutionis, & confirmationis infringere , vel ei au-
su temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsump-
ferit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, &
Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Ve-
roni. ij. Idus Martij.

Num. 3.

Num. 4.

Num. 5.

Greg. IX.
f. 22. n. 10

Num. 6.

Num. 7.
Greg. IX.
f. 22. n. 9.Num. 8.
Greg. IX.
f. 21. n. 14
f. 29. n. 2.
Alex. IV.
f. 38. n. 2.

An. 1186

HONORIVS III.

I Ne quis decimas extorquere præsumat, de terris ante Concilium generale acquisitis, quas alijs colendas concederint, si postea ad Cistercienses redierint.

Concordat.

Num. I.
Leo X.
f. 109.n. i

An. 1224



ONORIVS Episcopus, servus servorum Dei; Dilectis filijs Abbatibus, & Fratribus Cisterciens. Ordinis, salutem, & Apostolicam benedictionem. (1) Cum aliquando, cogente necessitate, vel utilitate propria requirente, terras vestras, ante generale Concilium acquisitas, concederitis alijs excolendas, ne pro eo, quod de possessionibus post idem Concilium acquisitis, decimas solvitis, si ad manus vestras taliter cõcessæ reddierint, à quoquam vexari possitis: vt nullus a vobis de huiusmodi terris, quæ, ad vos taliter reddierint, si eas manibus proprijs, aut sumptibus colitis, occasione Concilij memorati decimas exigere, vel extorquere præsumat, auctoritate præsentium inhibemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis infringere, vel ei aufu temerario cõtraire! Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotētis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Lateranensi, septimo Kalend. Decembris, Pontificatus nostri anno nono.

HONORIVS III.

I Ne Sedis Apostolici Legati sine speciali Pontificis mandato, in Monachos excommunicationis, vel suspensionis: & in Monasteria interdicti, sententias pronuntient.

Concordat.

Num. I.



ONORIVS Episcopus, Servus servorum Dei; Dilectis filijs Abbatii Cisterciensi, & universis Coabbatis eius, & Fratribus sub eodem Ordine Deo servientibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. (1) Cum Ordinis vestrae generosa plantatio, multos Religionis, & honestatis flores, & fructos protulerit, effuso latè, longeque laudabilis conversationis odore, Apostolæ Sedis auctoritas, considerans, per Marthæ solicitudinem, providendum esse Mariæ quieti, vt orantis Mariæ suffragijs, sat-

tagentis Marthæ solicitude ministerij iuvaretur, ne alicuius te
meritatis incurfus, sanctæ conversationis otium perturbaret,
ordinem ipsum, & privilegijs & nonnullis indulgentijs, specia-
lis gratiæ prærogativa munivit. (2) Nos autem, qui salutifera cō-
moda vestra benigno favore prosequimur, trāquillitati vestræ
libenter, prout possumus, providemus: auctoritate præsentiu[m]
inhibentes, ne Legatis Sedis Apostolicæ, sine speciali mandato
nostro, in vos excōmunicationis, vel suspensionis: & in Mona-
steria vestra interdicti sententias contra ea, quæ vobis sunt ab
Apostolica Sede concessa, promulgent. Nulli ergo omnino ho-
minum liceat hanc paginā nostræ inhibitionis infringere, vel
ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præ-
sumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorū Pe-
tri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Vi-
terbij quarto Nonas Decembbris, Pontificatus nostri anno iv.

Num. 2.
Lut. III.
fol. 6.n.3.
Innoc. III.
fol. 9. n. 1.
Honor. III
fol. 14.n.2
Greg. IX.
f. 17. n. 2.
f. 24.n. 14
f. 29.n. 2.
Leo X.
f. 110. n. 5.
f. 112. n. 6
An. 1219

GREGORIVS IX.

I Abbates, Prioribus committere possunt, ut Monachos, & conversos ab
excommunicationis sententia, pro injectione manuum in se ippos, ab-
solvat absentibus ipsis.



GREGORIVS Episcopus, servus servorum Dei: Di-
ctis filijs Abbatii Cistercij, & universis Coabbati-
bus suis, Cisterciensis Ordinis, salutem, & Aposto-
licam benedictionem. (1) Cum Monachos & con-
versos Monasteriorum vestrorum, ab excommu-
nicatione, quam injicendo manus violentas invicem in se ip-
pos, frequenter incurront, ex officio vestro absolvere valeatis:
auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut absolvendi eos
ab excommunicatione huiusmodi, Prioribus vestrīs, cū vos ab
esse contigerit, possitis committere vices vestras. Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis
infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem
hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis
Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nove-
rit incursum. Dat. Laterā. decimo Kalendas Februarij, Pon-
tificatus nostri anno septimo.

Concordat.

Num. 1.

An. 1234

INNOCENT. IV.

I Declarat, Decretalem statuentem, exemptos, ratione delicti, vel contractus, aut rei, de qua ageretur, coram Ordinariis posse conveniri, Cistercienses non comprehendere.

Concordat.

Num. 1.


Num. 2.

Leo X.
f. 110.n.5.

An. 1251

INNOCENTIVS Episcopus, servus servorum Dei: Dilectis filiis Abbati Cisterc. eiusque Coabatibus, & Coventibus universis, Cisterciens Ordinis, salutem & Apostolicā benedictionem.

(1) Cūm nuper duxerimus statuendum, vt exempti, quantacumque gaudeant libertate, nihilominus tamen, ratione delicti, seu contractus, aut rei, de qua contra ipsos agitur, rite possint coram locorum Ordinarijs conveniri: & illi, quoad hæc, suam in ipsos iurisdictionem, prout ius exigit, exercere: vos dubitantes, ne per constitutionem huiusmodi, libertatibus, & immunitatibus, vobis, & Ordini vestro, per privilegia, & indulgentias, ab Apostolica Sede concessis, praēiudicari valeat: Nobis humiliter supplicastis, vt providere super hoc indemnitiati vestrae, paterna solicitudine curaremus. (2) Quia verò, eiusdem Ordinis sacra Religio, sic vos, apud Nos, dignos favore constituit, vt Nobis votivū existat, vos ab omnibus, per quæ vobis possent provenire dispensationes, immunes libenti animo præservare, auctoritate vobis presentium indulgemus, vt occasione constitutionis huiusmodi, nullum eiusdem libertatibus, ac immunitatibus, imposterum praēiudicium generetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Lugduni, quarto nonas Maij, Pontificatus nostri anno octavo.



INNOCENT. IV.

1 Cistercienses ad Ordines promovendi, ab Episcopis examinandi non sunt.



INNOCENTIVS Episcopus, servus servorum
Dei: Dilectis filijs Abbatii Cisterciensi, eiusque
Coabbatibus, & Conventibus vniuersis Cister-
ciensis Ordinis, salutem & Apostolicam bene-
dictionem. (1) Meritis vestrae Religionis indu-
cimur, vt favoris benigni gratia, vos iugiter
prosequamur; sed in his præcipue, quæ noscuntur ad Cultum
Divini nominis pertinere. Cum itaque, sicut lecta corā Nobis,
vniuersitatis vestrae petitio continebat, Monachi Ordinis vestri
ab institutione ipsius, soliti sint, à Prælatis Ecclesiarum sine ali-
qua examinatione ad Ordines promoveri: (2) Nos devotionis
vestrae precibus inclinati, vt hoc ipsum, circa Monachos eius-
dem Ordinis (eis dumtaxat exceptis in quibus fuerit notorium
crimen, vel enorme corporis vitium) à Prælatis eisdem perpe-
tuis temporibus obseruetur, auctoritate præsentium duximus
statuendum. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam
nostræ cōstitutionis infringere, vel ei ausu temerario contrai-
re. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem
Omnipotentis Dei, & Beatorū Petri & Pauli Apostolorum
eius se noverit incursum. Dat. Lugduni decimoquinto Kalen-
das Septembris, Pontificatus nostri anno quarto.

Concordat.

Num. 1.

Num. 2.

An. 1246

ALEXANDER IV.

1 Abbates, Prioribus, & litteratis Ordinis Sacerdotibus, committere
possunt, vt Monachos, à vinculo excommunicationis pro violenta ma-
nuum iniectione contracto, absoluant.



ALEXANDER Episcopus, servus servorum
Dei: Dilectis filijs Abbatii Cisterciensi, eiusque
Coabbatibus vniuersis, Cisterciens. Ordinis, salu-
tem & Apostolicā benedictionē. (1) Cum sicut ex
parte vestra fuit propositū corā Nobis, quod Mo-
nachos vestros, & Religiosas personas vobis subiectas, ab excō-
municatione, quam pro violenta iniectione manuū in se ipsos,

Concordat.

Num. 1.

incurrunt, absolvere valeatis; ac Prioribus vestris, super hoc cōmittere vices vestras, vobis à Sede Apostolica sit indulsum: & sēpē cōtingat, propter vestram, & Priorum ipsorum absentiā, illos, qui in huiusmodi sententiam incident, diutiū in ipfa, non sine animarum suarum periculo, remanere. Nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati, quod super his, vices ipsas, etiam alijs discretis, & litteratis vestri Ordinis Sacerdotibus (absentibus vobis) committere, prout expedire videritis valeatis, vobis auctoritate præsentium, plenam concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā nostrā concessionis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Neapoli Kalend. Februarij,

An. 1254 Pontificatus nostri anno primo.

ALEXANDER IV.

I Non licet Cisterciensibus, sine Abbatis licentia, cuiquam alterius, vel eiusdem Ordinis, aut seculari Presbytero confiteri: nec eorum confessiones audire.

Concordat.

Num. I.

ALEXANDER Episcopus, servus servorum Dei: Dillectis filiis Abatti Cisterciē. eiusque Coabbatis, Cisterciensis Ordinis universis, salutem, & Apostolicam benedictionē. (1) Præclaræ Religionis vestræ favor exposcit, & sinceræ devotionis, quam sedulo erga Nos, & Romanam Ecclesiam geritis, merita Nos inducunt, vt vos speciali prærogativa gratiæ prosequentes, vestris precibus quantū cum Dño possimus favorabiliter annuamus. Cū igitur fælicis recordationis Innocent. PP. prædecessor noster, vt in Ordine vestro sublata materia scandali, Religionis conformitas, & vitæ unitas, in charitatis integritate servetur, vobis, suis litteris cōcessisse dicatur, vt iuxta eiusdē Ordinis statuta, nulli Fratrum ipsius Ordinis, seu aliæ eiusdē Ordinis personæ, absq; sui Abbatis licetia liceat, alterius cuiquā Religionis, vel seculari Presbytero cōfiteri: nec ei, cōfessiones ipsarū audire, vel eis absolutionis beneficiū impartiri, vestris devotis supplicationibus inclinati, quod super hoc, vobis est à dicto prædecessore cōcessū, gratū habētes & ratū, id, auctoritate Apostolica cōfirmamus,

mus, & præsentis scripti patrocinio communimis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Neapoli decimo septimo Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

An. 1254

VRBANVS IV.

I Moniales Ordinis Cisterciensis, gaudent privilegijs & indulgentijs, Ordini prædicto, ab Apostolica Sede concessis.



VRBANVS Episcopus, servus servorum Dei: Dilectis in Christo filiabus Abbatissis, & Conventibus Monialium universis Cisterc. Ordinis, salutem, & Apostolicam benedictionem. (1) Meritis vestræ Sacrae Religionis inducimur, ut favoris benigni gratia, vos iugiter prosequētes, paci, & tranquillitati vestræ, ne iurgiorū cōcutiatur procellis, imposterū cōsulamus. Hinc est, quod vestris supplicationibus inclinati, ut privilegijs, & indulgentijs, generaliter Ordini vestro ab Apostolica Sede cōcessis, in his, quæ vobis cōpetunt, libere vti valeatis, auctoritate vobis præsentij indulgemus. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostræ cōcessionis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorū Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Viterbij, Idibus Maij, Pontificatus nostri anno primo.

Concordat.

Num. 1.

Leo X.

f. 112.n.6

An. 1262

VRBANVS IV.

I Tempore interdicti, possunt diuina officia solemniter celebrare Cistercienses.



VRBANVS Episcopus, servus servorum Dei: Dilectis filiis Abbati Cisterciensi usque Coabbatis, & Conventibus universis Cisterciensis Ordinis, salutem, & Apostolicam benedictionem. (1) Devotionis augmentum, vobis, Deo propitio, provenire confidimus, si super his, quæ pie cupitis, Nos benignos ad gratiam habeatis. Cum igitur, sicut ex tenore vestre petitionis accepimus, vobis

Concordat.

Num. 1.

Greg. IX.

f. 25.n.15

& Ordini vestro, à prima sui fundatione, à Sedē Apostolica sit concessum, vt tempore generalis interdicti, possitis (excommunicatis & interdictis exclusis) divina officia in vestris Monasterijs celebrare: vosque auctoritate concessionis huiusmodi, divina eadem, alta voce, apertis ianuis, & pulsatis campanis (excommunicatis tamen, & interdictis exclusis) duxeritis hactenus solemniter celebranda. (2) Nos vestris supplicationibus inclinati, vt in Monasterijs veltris, quæ à sacerdotalium habitacionibus remota sunt, divina prædicta celebrare, quemadmodum hactenus rationabiliter fecisse noscimini; tempore ipsius interdicti, libere valeatis, vobis auctoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotētis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se neverit incursum. Dat. Viterbi quinto Idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

An. 1262

GREGORIVS X.



Cistercienses eximit à decimis, & ab alia quacumque exactione.

Concordat.
Num. I.

REGORIVS Episcopus, servus servorum Dei: Dilectis filijs universis Abbatibus, ac Abbatijs, & Conventibus Ordinis Cistercieñ. tā præsentibus, quām futuris in perpetuū. (1) In vestitu deaurato Ecclesiæ Sponsæ Christi, quæ varietate circundata, Sponso suo specioso forma præfilijs hominum, invariabilis integritate fidei, & soliditate spei, à dextris assistit, Cisterciensis Ordo, divinis mancipatus obsequijs, & inter Religiones cæteras, gloriofæ Virgini singularitate devotionis ascriptus, ex institutione primaria, & professorum ipsius, quātū ex alto cōceditur, prosecutionis instantia rutilat, charitate candet, castimonia, & pulchritudine cōversationis elucet: huius Ordinis candidi Nacarei dicti, videlicet, professores eiusdem, sub arcte observantiae, districione viventes, in conspectu eorundem, Regis Regum, & Reginæ Cœlestis, phialas odoramentorum plenas, in orationum assiduitate præsentant, beneplacitis illorum per opera pietatis inserviunt, & sic Hospitalitatem observant, quod sibi pauperes, pauperibus divites, illis munifici, sive par-

ci,

ci, laboribus non parcunt proprijs, sed victu, in sui vultus sudore quæsito, se tenui exhibent, illis subveniant abundanter. Hæc quidem vobis favorem omnium vendicant: hæc vos favorabiles, recto cuiuslibet pectoris pij iudicio repræsentat. Solet enim Regum & Principum, aliorumque magnatum familiaribus, ipsorum contemplatione deferri. Quantò itaque amplius tam peculiaribus eorundem summi Regis, & Reginæ Cœlestis, famulis, ipsorum obtentu, in suis est subveniendum necessitatibus, & opportunitatibus assistendum. Profectò immensa inter comparata disparitas, mensuram cōparationis huiusmodi non admittit. Hæc Nos movet attētius, hæc Nos, & fratres nostros hortantur instantius, vobis, & Monasterijs vestris, contra incidentium decimarum, & aliarum exactionum instātias, opportuno remedio providere. Quid enim opus est ea decimare, vel per partes exigere, ad serviendum exinde Domino, quæ ipsius sunt servitijs totaliter deputata? (2) Ideoque de ipsorum fratribus nostrorum consilio, vos, Monasteria, cæteraque loca, & bona eiusdem Ordinis, ac ipsum Ordinem, ab onere cuiuslibet repentinæ, ac extraordinariæ decimæ, seu alterius exactionis eximimus. Districtius inhibentes, vobis, dictisve Monasterijs, locis, aut bonis, de cætero huiusmodi decimam, & exactionem, quocumque nomine censeantur imponi, aut imponendas imposterum, quantumcumque generaliter, sub quavis forma, vel expressione verborum, à vobis exigi, vel vos super illis aliquatenus molestari. Decernentes ex nunc, omnem sententiam suspensionis, interdicti, seu excommunicationis in vos, Monasteria, loca, vel bona prædicta, propter hoc quacumque auctoritate, latam, irritam, & inanem, ac viribus omnino carere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, exemptionis, inhibitionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Lugdidi. per manum Magistri Lafranti Archidiaconi Pergamentis, Sanctæ Romanæ Ecclesiae Vicecancellarij, nonas Aprilis, Indictione tertia, Incarnationis Dominicæ anno millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus vero nostri anno quarto.

Num. 2.

An. 1275

BONIFACIVS VIII.

Num. 50

i Taliates personas Ecclesiasticas, vel aliquid aliud ab eis extorquentes, excommunicantur.

Concordat.

Num. 1.

BONIFACIVS Episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Clericis laicos infelios oppido tradit antiquitas, quod & præsentium experimenta temporum manifeste declarant: dum suis finibus non contenti nituntur inventum, ad illicita frena relaxant, nec prudenter attendunt, quæ sit eis, in Clericos, Ecclesiasticæ personas, & bona, interdicta potestas, Ecclesiarum Prælati, Ecclesijs, Ecclesiasticis que personis, regularibus & sæcularibus imponunt onera gravia, ipsosque taliant, & eis collectas imponunt, ab ipsis suorum preventuum, vel bonorum, dimidiam, decimam, seu vicesimam, vel quamvis aliam portionem, aut quotam exigunt, & extorquent: eosque moluntur multifariè subiçere servituti, suæque submittere ditioni. Et (quod dolenter referrimus) nonnulli Ecclesiarum Prælati, Ecclesiasticæque personæ trepidantes, ubi trepitandum non est, transitoriam pacem quarentes, plus timetates maiestatem temporalem offendere, quam æternam; talium ab ipsis non tam temerariè, quam improvidè acquiescunt, Sedis Apostolicæ auctoritate, seu licentia non obtenta. (2) Nos igitur talibus inquis actibus obviare volentes, de fratrū nostrorum consilio, Apostolica auctoritate statuimus, quod quicumque Prælati, Ecclesiasticæque personæ Religiosæ, vel sæculares, quorumcumq; Ordinum, conditionis, seu status, collectas, vel alias, decimam, vicesimam, seu cætesimam suorum, & Ecclesiarum preventuum, vel bonorū laicis soluerint, vel promiserint, vel se soluturos consenserint, aut quamvis aliam quætitatem, portionem, aut quotam ipsorum provetuum, vel bonorō æstimationis, vel valoris ipsorum, sub adiutorij, mutui, subvectionis, subsidij, vel doni nomine, seu quovis alio titulo, modo, vel quærito colore, absq; auctoritate Sedis eiusdē. (3) Necnō Imperatores, Reges, seu Principes, Duces, seu Comites, vel Barones, Potestates, Capitanes, vel Officiales, vel Rectores, quocumque nomine censeantur, civitatū, castrorum, seu quoruçumq; locorum, constitutorū vilibet, & quivis alij cuiusque præminentia, conditionis, & status, qui talia imposuerint, exegerint, vel receperint: apud ædes sacras deposita Ecclesiarum, vel

Eccle-

Num. 2.

Greg. IX.

f. 19. n. 1.

Innoc. IV.

f. 31. n. 3.

Alex. IV.

f. 37. n. 3.

Martin. V.

f. 44. n. 1.

Leo X.

f. 110. n. 4.

Iun. VIII.

f. 67. n. 2.

Num. 3.

Ecclesiasticarum personarum vñlibet, arrestaverint, saeviserint, seu occupare præsumperint, vel arrestari, saevisiri, ac occupari mandaverint, aut occupata, saevisita, seu arrestata receperint: nec non omnes qui scienter dederint in prædictis auxiliū, consilium, vel favorem, publicè, vel occultè, eo ipso, sententiā excommunicationis incurant. Universitates quoque, quæ in his culpabiles fuerint, Ecclesiastico supponimus interdicto. Prælatis, & personis Ecclesiasticis supradictis, in virtute obedientiæ, & sub depositionis pœna, districte mandantes, ut talibus, absque expressa licentia dictæ Sedis, nullatenus acquiescant, (4) Quodque prætextu cuiuscumque obligationis, promissionis, & concessionis, factarum hactenus, vel faciendarum in antea, priusquam huiusmodi constitutio, prohibitio, seu preceptum ad notitiam ipsorum pervenerint, nihil solvant, nec supradicti sæculares quoquomodo recipient: & si solverint, vel receperint, in excommunicationis sententiam incidat ipso facto. A supradictis autem excommunicationum & interdicti sententijs, nullus absolvī valeat, præterquam in mortis articulo, absque Sedis Apostolicæ auctoritate & licentia speciali: cū nostræ intentionis existat, tam horrendum sæcularium potestatum ab vñsum, nullatenus sub dissimulatione transfire. Non obstantibus quibuscumque privilegijs, sub quibuscumque tenoribus, formis, seu modis, aut verborum conceptione, concessis Imperatoribus, Regibus, & alijs supradictis, quæ contra prædicta, in nullo volumus alicui, vel aliquibus suffragari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotētis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, vj. Kalendas Martij, Pontificatus nostri anno tertio.

Num. 4

An. 1296



IOANNES XXII.

I A præstatione quarumcumque exactiōnum immunes facit Cisterciens,
etiam a Sede Apostolica imponendarum.

Concordat.



Num. I.

Alex. IV.
fol. 31.n.3

Martin. V.
fol. 43.n.1

An. 1330

O A N N E S Episcopus, servus servorum Dei:
Dilectis filijs Abbati Cistercij, eiusque Coab-
batibus, & Conventibus vniuersis, Cistercien-
sis Ordinis, salutem, & Apostolicam benedi-
ctionem. (1) Religionis vestræ meretur hone-
stas, vt vos speciali diligentes in Domino
charitate, prosequamur gratia Sedis Apostolicæ & favore. Sa-
nè tenuitatē vestrorum reddituum & proventuum, solicite at-
tententes, ac per hoc volentes, alicuius relevationis solatio,
vos gaudere, ad instar fælicis recordationis Alexandri Papæ
IV. prædecessoris nostri, vobis auctoritate præsentium indul-
gemus: vt ad præstationem aliquarum collectarum, subsidio-
rum & aliarum exactiōnum, imponendarum vobis & domi-
bus, vestris a Sede Apostolica, seu Legatis eiusdem, aut ipsorū
auctoritate & mandato, non teneamini, per litteras ipsius Se-
dis, seu Legatorum ipsius, quæ plenam & expressam de indul-
gentia huiusmodi & ordine vestro non fecerint mentionem:
etiam si contineatur in eisdem litteris, quod id, quod per eas
mandatur, fiat, aliqua indulgentia non obstante. Nos enim ex-
communicationis, suspensionis, & interdicti sententias, si quas
occasione prædictorum, in vos, communiter, vel aliquos ve-
strum, ab aliquo promulgari contigerit, decernimus non tene-
re. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ
concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temera-
rio contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, in-
dignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli
Apostolorum eius senoverit incursum. Dat. Avinioni, Idus
Augusti, Pontificatus nostri anno quartodecimo.

IOANNES XXIII.

ICistercienses, Capellani, seu familiares Papæ, aut Cardinalium, iurisditione, & obedientia Prælatorum Ordinis plenè subsunt.



JOANNES Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) Dum vberes fructus, quos Ordo Cisterciensis in agro Militantis Ecclesiæ vberrimè, in Exaltatione status præfatæ Ecclesiæ, & Religionis propagacione, produxit hactenus, & producit assidue, paterna diligentia contemplamur. Saluberrimum fore dignoscimus, ut illa, pro cultu Divini nominis & observantia regulari, in præfato Ordine decernamus, per quæ Ordo ipse salutaribus proficere valeat incrementis: & si qui ab observantia huiusmodi se quoquomodo laxatis obediētiæ habenis salutaribus, quomodolibet sequestrarent: ad cultum ipsum, disciplinæ fræno, prout pro eorū salute congruit, reducantur. (2) Hinc est, quod Nos, præmissorum intuitu, & ex certis alijs rationabilibus causis, animū nostrum moventibus, & dilectorum filiorum Abbatij Cistercij, & Coabbatum eius dicti Ordinis in hac parte supplicationibus inclinati, volumus, & hac præsenti, & perpetuò duratura constitutione decernimus, statuentes, quod omnes & singuli dicti Ordinis professores, præsentes & posteri cuiusque gradus, status, seu conditionis existant, in Capellanos honoris Sedis Apostolicæ, seu alicuius ex venerabilibus Fratribus nostris, S.R.E. Cardinalibus, aut familiares cuiuspiæ ex præmissis, vel aliorū recepti, vel assumpti, ac de cætero tam Apostolica, quam alia quavis auctoritate quomodolibet assumendi non possint, vel debeant quoquomodo, & sub quacumque verborum conceptione, à iurisdictione, correctione, superioritate, maiestate, seu obedientia sui Superioris, & dilectorum filiorum Capituli generalis, præfati Ordinis, eximi, virtute cuiusvis gratiæ, alicui præmissorum iam concessæ, seu imposterum concedendæ, per Apostolicas, seu alias litteras, aut processus super illis forsitan habitos, vel habendos, quominus Superioribus suis, & Capitulo præfatis, in omnibus, & quo ad omnia, secundum constitutiones & consuetudines ipsius Ordinis, plenè subsint, & parere debeant: & ad præmissorum observantiam distringi queant, præmissis, & alijs contrarijs, non obstantibus

Concordat.
Num. 1.

Num. 2.

qui-

quibuscumque, irritum, & inane decernentes, ex nunc, quid super his, scienter, vel ignoranter, quavis auctoritate attētatum forsan est hactenus, vel impostorum contigerit, quo modolibet attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae voluntatis, constitutionis & statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorū Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Constantiæ vij. Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno quinto.

An. 1415

IOANNES XXIII.

i Capitulum Generale, vnum, alteri Monasterio potest vnire.

Concordat.



O ANNES Episcopus, servus servorum Dei: Dilectis filijs Abbatij Cistercij, Cabilonensis Dioecesis, eiusque Coabbatis universis, in eorum Generali Capitulo quandocumque congregandis, salute m & Apostolicam benedictionem. (1) Sacræ Religionis

sub qua mundanis calcatis illecebris, devotum, & sedulum, in humilitatis spiritu, exhibetis altissimo famulatum, merita promerentur: vt ea, quæ vestræ Religionis & Ordinis commoditatem respiciunt, favore vobis benevolo concedamus.

Num. 1.

(2) Hinc est, quod Nos volentes vestræ paci, & tranquillitati consulere, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vt quæcumque Monasteria dicti Ordinis, tam Monachorum, quam etiam Monialium, & quorum facultates, fructus, redditus, & proventus, non sufficiunt ad sustentationem tot personarum Regularium, in eisdem Monasterijs pro tempore degentium, quot in eis, pro augmento Divini Cultus, ac Missis, & alijs Divinis Officijs celebrandis, secundum eisdem Ordinis statuta, & præmissorum, ac Regularium cæremoniarum observantia, requiruntur: alijs Monasterijs, Religionis, & Ordinis prædictorum, pro commodiori sustentatione degentium, in eisdem, & quando pro statu, & quiete huiusmodi personarum, id noveritis expedire (super quibus vestras conscientias oneramus) cum omnibus iuribus & pertinentijs suis, vnu, videlicet, alteri Monachorum, & aliud, alteri Monialium Monasterijs eiusdem

Or.

Ordinis Monasteria, cuiuscumque, taxæ, seu annui valoris fuerint: & quæ cum eorum iuribus & pertinentijs suis vniuersis, præsentibus haberi volumus pro expreſſis, auctoritate Apostolica, annectere, & vnire. (3) Ita quod cedentibus, vel decedentibus huiusmodi Monasteriorum Abbatibus, vel Abbatissis, seu Prioribus, vel Priorissis (si Monasteria ipsa per Piores, aut Priorissas fuerint solita gubernari) aut ea quomodolibet dimittentibus, liceat alijs Abbatibus, & Abbatissis, ac Priorissis, quorum Monasterijs alia sic vacantia venient vnienda, corporalem possessionem huiusmodi vacantium Monasteriorum vniendorum, iuriumque & pertinentiarum prædictorum, auctoritate propria apprehendere, & perpetuo retinere. Ac fructus, redditus, & proventus dictorum Monasteriorum vniendorum, in suos vſus, ac pro sustentatione huiusmodi personarū degentium in eisdem, liberè convertere (Diocesanī loci, aut cuiuscumque alterius, super hoc, licentia, minimè requisita) liberè & licetè valeatis, devotioni vestræ, de speciali dono gratiæ concedimus per præsentes. (4) Non obstantibus quibuscumq; reservationibus generalibus, vel specialibus de huiusmodi, vel alijs Monasterijs Ordinum quorumcumque, per Nos, aut Sedium Apostolicam haec tenus forsan factis, necnon constitutitionibus & ordinationibus Apostolicis, atque nostris, ac stabilitatis, statutis, & consuetudinibus Monasteriorum, & Ordinis prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum!

An. 1415

Dat. Constantiæ vij. Kalend. Februarij, Pontificatus nostri anno quinto.

Num. 3;

Num. 4;

MARTINVS V.

I. Monasteria, & personas Cisterciens. ab omni decimarum solutione,
liberat.

Concordat.



MARTINVS Episcopus, servus servorum Dei:
Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Epis-
copis, ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus,
Decanis, Archidiaconis, Præpositis, & alijs Ec-
clesiarum Prælatis ad quos præsentes litteræ
pervenerint, salutem, & Apostolicam benedi-
ctionem.

Num. I.

(1) Militanti Ecclesiæ, licet immeriti, disponente Do-
mino, Præsidentes, circa curam Ecclesiarum, ac Monasterio-
rum omnium, solertia reddimur indefessa solicii: vt iuxta de-
bitum Pastoralis officij, eorum occurramus dispendijs, & pro-
fectibus, divina cooperante clementia salubriter intendamus.

Innoc. III.
fol. 12.n.2

Cum Abbates Cisterciensis Ordinis, ad commonitionem fœli-
cis recordationis Innocentia Papæ prædecessoris nostri, sta-
tuerunt, vt de cætero Fratres ipsius Ordinis, ne occasione pri-
vilegiorum suorum gravarentur, de alienis terris, & ab eo tem-
pore acquirendis, si cas proprijs manibus, aut sumptibus cole-
rent, decimas persolverent Ecclesijs, quibus ratione prædiorū
antea solvebantur, nisi cum eisdē Ecclesijs aliter ducerent cō-
ponēdū. Dictus prædecessor Noster, quia sperabat, vt Ecclesia-
rum Prælati proniores & efficaciores existerent, ad exhibendū
de suis malefactoribus iustitiae complementum, & eorū privi-
legia diligentius, & perfectius observarent: statutum huiusmo-
di gratū habētes & ratū: hoc ad alias Regulares, qui similibus
gaudēt privilegijs, extēdi voluit, & mandavit. Sed (quod dolē-
tes referimus) res in cōtrarium est versa, sicut ex gravi quærela
dilecti in Christo filij Ioannis Abbatis Cisterciensis, necnon
aliorum Abbatum, Priorum, Abbatissarum, Nobis innotuit:
Nonnulli Ecclesiarum Prælati, Archiepiscopi, & Episcopi, &
alijs Clerici, eorum privilegia temere cupientes, & contenden-
tes malitiosè, ipsorum pervertere intellectū, ipsos, & ipfas, ac
Conventus, & Monasteria, grangiasq; inquietant, multiplici-
ter. Nā cū sit ipsis, ac præfato Ordini indultū, vt de novalibus
quæ proprijs sūptibus excolūt, sive de hortis, virgultis, & pif-
cationibus suis, vel de suorum animalium nutrimentis, nullus

Hon. III.
fol. 13.n.2

ab

ab eis decimas exigere, vel extorquere presumat: quidam per-
verso intellectu conficti, dicentes, quod haec non possunt, nec
debent intelligi, nisi de his, quae sunt ante generale Concilium
acquisita, ipsos, & dictū Ordinem, ac Monasteria dicti Ordinis
grangiasq; in genere, & in specie super his multiplici vexatio-
ne fatigant. (2) Nos enim propagationem Ordinis, & trāquilli-
tatē præfatorum Abbatum, Priorum, Abbatissarum, & Con-
ventuum dicti Ordinis, intensis desiderijs affectantes, præfatis
& pluribus alijs favoribus prosequi gratiæ amplioris eoruū sup-
plicationibus inclinati, de speciali gratia, necnon ex cōsidera-
tione nonnullorum Regum, & Principū, qui Nobis suas desti-
narunt litteras, cōcedentes, vñiversitati vestræ per Apostolica
scripta mandamus: quatenus dictū Abbatem, & omnes, & sin-
gulos Abbates, Piores, Abbatissas, & omnia, & singula Mona-
steria, & singulares personas dicti Ordinis præsentia, & futura,
vbi cumque pro tempore cōsistentia, & à præstatione decima-
rum, tam de possessionibus habitis antea, & post Conciliū me-
moratum, quam de cætero habendis, & tam de novalibus, sive
ante, sive post Concilium huiusmodi acquisitis & acquirendis,
qua proprijs sumptibus excolunt, seu excolet, quam alias quo-
modo cumque, vel qualitercumque excoluntur: & etiā de illis
possessionibus, de quibus aliquis hactenus percepit: necnon de
hortis, virgultis, & piscationibus suis, & de suorum animalium
nutrimentis, singuli vestrū omnino servetis immunes: con-
tradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpo-
nita compescendo: Invocato, si ad hoc opus fuerit, auxilio bra-
chij sacerularis: quibuscumque constitutionibus Apostolicis, or-
dinationibus, & alijs in contrarium editis, etiam iuramento,
confirmatione Apostolica, vel quacumque alia firmitate robo-
ratis non obstantibus. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostræ voluntatis, & concessionis infringere,
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare
præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beato-
rum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursu-
rum. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, nono Ka-
lend. Octobris, Pontificatus nostri anno septimo.

Num. 2.
Leo X.
fol. 106.n.
1. & seq,

An. 1442

PIVS
R 2

PIVS II.

I Confirmat omnia privilegia Cisterciensibus concessa.

Concordat.
Num. 1.



IVS Episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. (1) Etsi quibuslibet personis Ecclesiasticis, ac Religiosis, præfertim illis, quæ mundi contemnentes illecebras, in humilitatis habitu, Regi cunctorum Principum, in abstinentia & Divinis officijs, suas animas devoverunt, ex paternæ pietatis officio, teneamur assistere: professores tamen Cisterciensis Ordinis, utriusque sexus, eò ferventiori charitate complectimur, quod ipsum Ordinem in Dei Ecclesia, conspicimus insignem, & uberi dilectione prosequimur: unde si quando privilegia, gratiae, & indulta, pro Exaltatione, & incremento eiusdem Ordinis, ac pace & tranquillitate, in eo, virtutum Domino, Militantium, per Romanos Pontifices prædecessores nostros, aut Imperatores, & Reges, concessa & indulta comperimus, ut perpetuam firmitatem obtineant, ea metentur, Apostolici roboris clipeo communiri. Sanè petitio dilectorum filiorum Abbatis Cisterciensis Monasterij, Cabilonensis Dicæcisis, eiusque Coabatum, Abbatissarum, & Conventuum Ordinis eiusdem, Nobis nuper exhibita continebat: quod olim nonnulla privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, gratiae, conservatoria & indulta, per fœlicis recordationis Innocentium IV. Alexandrum IV. Urbanum III. Gregorium VIII. Honorium III. Clemensem V. & quā plures alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, seu pro Romanis Pontificibus in eorum obedientijs habitos: ac etiā per recolendæ memoriæ Prælatos, Pontifices, Imperatores, ac Romanos & alios Reges, pro augmento Divini cultus, & saluberrimo statu & incremento Ordinis prælibati, concessa fuerint, pariter & indulta. Verum sicut eadem petitio subiungebat, cum contingat interdum, dicti Ordinis professores, contra huiusmodi privilegia & indulta, per locorum Ordinarios, ac Prælatos & alios, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, indebet molestari: pro parte dictorum Abbatis Cisterciij, Coabatum eius, Abbatissarum, & Conventuum Ordinis prælibati, nobis fuit humiliter supplicatum,

vt huiusmodi privilegijs, gratijs & indultis, ac litteris prædecessorū, Prælatorum, Pontificum & Regum præfatorū, robur Apostolicæ confirmationis adiçere, & aliàs ad eorū perpetuū robur obtinēdū, partes Apostolicæ provisionis interponere, de benignitate Apostolica dignaremur. (2) Nos igitur eorundem prædecessorum vestigijs inhærētes, ac cupientes, tranquillitati & paci Abbatum, Abbatissarū, & Conventuum, ac professorū huiusmodi, quantum cū Deo possumus providere, huiusmodi supplicationibus inclinati, privilegia, immunitates, libertates, exēptiones, conservatorias, gratias & indulta, per quoscumq; Romanos Pontifices prædecessores nostros, seu pro Romanis Pontificibus, in eorū obediētijs habitos, Abbatibus dicti Monastryj Cistercij, eius Coabbatibus, Abbatissis, & Conventibus Ordinis eiusdem coniunctim, vel divisim, vt præfertur, concessas & concessa, nechon Prælatorum, Pontificum, Imperatorū, Regum, ac Dominorum temporalium, litteras huiusmodi, & omnia & singula in eis contenta, prout rite & iustè, ac rationabiliter processerunt, ac præfato Ordini fuerunt servata: quorū omnium, & singulorum tenores, de verbo ad verbum, præsentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, ex nunc in perpetuum, auctoritate Apostolica tenore præsentium, approbamus, ac etiam confirmamus, & præsentis scripti patrocinio cōmunimus. (3) Vniversos & singulos Ecclesiæ Prælatos, Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Piores, Decanos, Archidiaconos, Præpositos, Archipresbyteros, Officiales, ac alios in dignitate constitutos: necnon Principes Christianos, quacumque dignitate fulgentes, & eorum officiarios, civitatum quoque, villarum, seu communitatum Rectores, & Maiores, rogātes, monētes, & hortantes attente, eisq; per Apostolica scripta, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excōmunicationis pœna, districte præcipiendo mādantes: quatenus prædictos Abbates, Abbatissas, Conventus & personas Ordinis prænominati, præfatis privilegijs, immunitatibus, exēptionibus, libertatibus, gratijs, conservatorijs & indultis, prout usq; sunt, gaudere permittant pacifice & quiete: cōtradictores per censuras Ecclesiasticas & alia iuris remedia, appellatione postposita cōpescēdo: Invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sacerularis: decernentes, ea, fore, ubicumque, & quandoquaque exhibita fuerint, vel ostēsa, in iudicio & extra, in perpetuū observanda. Ac ex nunc irritum & inane, quidquid impostorū contra approbationem, confirmationem, communionem & decretū nostra huiusmodi, à quoquā quavis auctoritate, scien-

Num. 2.

Num. 3.

ter,

Num. 4.

ter, vel ignoranter contigerit, quomodolibet attentari. (4) Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, communionis, rogationis, monitionis, hortationis, mandati, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Mantuæ anno Incarnationis Domin. M. CCCC. LIX. pridiè nonas Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

An. 1459

Concordat.

Num. 1.



IVS Episcopus, servus servorum Dei: Dilectis filijs Abbatii, & Conventui Monasterij Cisterciensis, Cabilonensis Dicœcisis, salutem, & Apostolicam benedictionem. (1) Solet Apostolicæ Sedis copiosa benignitas, honestis votis poscentium, benignè annuere: & pro eorum, ac Monasteriorum, in quibus divinis obsequijs mancipati sunt indemnitatibus, salubriter providere. Sanè pro parte vestra Nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd licet vobis, ac præfato, & alijs Monasterijs vestri Ordinis, quām plura privilegia, exemptiones, libertates, immunitates, & indulta, fuerint ab Apostolica Sede concessa, prout in diversis litteris Apostolicis desuper confectis, quæ in Archivo eiusdem Monasterij, ad perpetuam rei memoriam conservantur, pleniùs continentur. Quia tamen sæpè contingit, quòd propter emergentium negotiorum opportunitates, & alias controversias, quæ super bonis eiusdem Ordinis sæpius oriuntur, ipsarum litterarum tenores, ad Romanam Curiam & alia remotissima loca, in diversis iudicijs vos exhibere opportet: vos instantis temporis malitiam, viarumque discrimina, & locorum distantiam, non immerito formidantes, litteras, & privilegia huiusmodi, ad loca remota, deferre pertimescitis. Quo fit, vt ex hoc vestra, & eorundem Monasteriorum iura depereant, & eorum bona multipliciter dissipentur, in non modicum vestrum, & Monasteriorum eorundem præiudicium & gravamen. Quare pro parte vestra Nobis fuit humiliter sup-

supplicatum, ut indemnitiati vestræ super his opportunitate profidere paterna diligentia curaremus. (2) Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, ac vobis pariter indulgemus: quod transumptis alicuius Episcopalis, simul & Abbatialis Curiæ sigillis munitis, ac duorum, seu plurimum legalium Notariorum subscriptionibus & signis, subscriptis & sublignatis, omnimoda fides adhibetur. Eisque in iudicio & extra, ac vbi cumque fuerint, exhibita, vel producta, perinde stetur, ipsaque transumpta omnimodam rei, seu facti, certitudinem faciant, & illud idem robur obtineant in omnibus & per omnia, ac ipsa originalia privilegia, seu litteræ forent exhibita, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā nostræ constitutionis & indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, iij. Kalendas Iulij, Pontificatus nostri anno v.

An. 1463

SIXTO IV.

I Plenariam peccatorum remissionem, & indulgentiam, Cisterciensibus posse concedi, in mortis articulo, indulget.

Concordat.

SIXTUS Episcopus, servus servorum Dei: Dilectis filijs, universis Abbatibus, Abbatissis, Prioribus, Monachis, Militibus, Clericis, Noviciis, Conversis, Donatis, Familiaribus, Continuis commensalibus, Æconomis, Procuratoribus, & alijs personis utriusque sexus, Cisterciensis Ordinis, præsentibus & futuris, salutem & Apostolicam benedictionem. (1) Sacrosancta Religionis vestræ puritas, vita sanctimonia, fervor devotionis, ac in Dominica agricultura labor assiduus, quibus ad supernum bravium fœliciter comprehendendum, cæterisque fidelibus impetrandum, totis insudatis, viribus, Nos provocat, ut antiqui hostis iacula, quibus, vos, cæterosque spiritualis viæ festatores, impetere, atque impedire nititur, scuto nostræ protectionis tanto propellamus diligentius, quanto de vestri

Num. 1

pro-

Num. 2.

profectus, frustratione, si forte (quod absit) callidi hostis, decepi, versutijs, in vanum curreteris, amplius doloremus. (2) Hinc est, quod Nos, saluti animarum vestrarum consulere cupientes, & dilecti filij Humberti Abbatis Cistercij, devotis supplicationibus inclinati, ut Confessor idoneus de Ordine vestro, quem quilibet vestrum ad hoc duxerit eligendum, confessionibus vestris diligenter auditis, ab omnibus & singulis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis, à iure, vel ab homine quomodolibet latis, quibus quomodolibet ligati fueritis, seu alter vestrum ligatus fuerit: necnon pro commissis per vos, & quamlibet vestrum criminibus, excessibus, delictis, & peccatis quibuscumque, quantumcumque enormibus, etiam si talia fuerint, propter quæ Sedes Apostolica merito foret consulenda, semel in mortis articulo, vobis debitam, & cuilibet vestrum absolutionem impendere, ac pœnitentiam salutarem iniungere. (3)

Num. 3.

Necnō omnium peccatorum vestrorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fueritis, plenariam remissionē: necnon sanctissimum Iubileum, sive omnes & singulas indulgentias, ac plenariam omnium peccatorum vestrorum remissionem, per Nos & prædecessores nostros Romanos Pontifices, Christi fidelibus personaliter anno Iubilei Romam venientibus, & Ecclesias ad hoc statutas & deputatas, verè contriti & confessi visitantibus, quovismodo concessas, & quas cōsequuntur & consequi possunt, ac si personaliter veniretis, & easdem Ecclesias per tempus ad hoc statum visitaretis, ac omnia & singula per Nos & prædecessores nostros, pro Iubileo, sive indulgentijs & remissionibus huiusmodi consequendis, ordinata adimpleretis, consequeremini & haberitis, seu consequi & habere possetis, vobis in sinceritate fidei, unitate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac obedientia & devotione nostra, ac successorū nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, persitentibus, auctoritate Apostolica concedere valeat. (4)

Num. 4.

Ita tamen, quod si vobis, vel alteri vestrū, in aliqua infirmitate gravi, remissio, & Iubileum, sive indulgentiæ huiusmodi cōcedantur, & mors inde non sequatur, nihilominus absoluti maneatis: & quilibet vestrum maneat ut præfertur, ac plenaria remissio, & Iubileum, seu indulgentiæ huiusmodi, in verò mortis articulo iterum impendi possint, & vobis, ac vestrum cuilibet, ac si alia non præcessisset, suffragare, devotioni vestræ tenore præsentiuī indulgemus. (5)

Num. 5.

Sic tamen, quod idē cōfessor, de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam vobis & alteri vestrū

ad quem spectabit, per vos & dictum alterum vestrum, si superixeritis, aut supervixerit, vel per alios, si forte tunc transi-
veritis, aut transiverit, faciendam iniungat, quam vos, seu di-
ctus alter vestrum, aut illi facere teneamini, ut præfertur. (6) Num. 6.
Et ne (quod absit) propter huiusmodi gratiam procliviores re-
damini ad illicita imposterum committenda, volumus, quod
si ex confidentia remissionis huiusmodi, aliqua forte alter ve-
strum committeret, quo ad illa, prædicta remissio & Iubileum,
sive Indulgencie huiusmodi, illi nullatenus suffragentur, præ-
sentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis,
& voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si
quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Om-
nipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum
eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petru
anno Incarnationis Dominicæ M. CCCC. LXXV. Idus Decem
bris, Pontificatus nostri anno quinto.

An. 1475

SIXTO IV.

1. Præfatio.

2. Petitione.

3. Facultas conceditur Cisterciens. Ut in Capitulo generali, à quibus vis
peccatis, & censuris absolvantur.

4. Ut Confessorem idoneum eiusdem Ordinis eligere Valeant ad hoc.

5. Ut dispenset in irregularitatibus.

6. Indulgentiam plenariam concedat.

7. Absolvat a reservatis.

8. Facultas haec perpetua.

9. Fides adhibeatur transumptis.

10. Autorizatur.



LIPVS, Miseratione Divina Episcopus Por-
tuensis, Sacrae Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Univer-
sis & singulis, præsentes litteras, sive præsens publi-
cum transumpti instrumentum inspecturis, vissuris,
lecturis, pariter, & audituris, salutem in Domino, & præsenti-
bus fidem indubiam adhibere. (1) Qua ratio exigit & æquitas
persuadet, veritati testimonium perhibere, idcirco, ad universita-
tis vestræ & cuiuslibet vestrū, notitiam deducimus, & deduci

Concordat.

Num. 1.

volumus per præsentes, quod supplicationem originalem, manu sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Sixti, divina providentia Papæ IV. in Reverendissimorum, & Reverendorum in Christo Patrum & Dominorum, Dominorum Guillermi Ostiensis, Bernardi Sabinensis, Episcoporum, Philiberti tituli Sanctæ Luciæ, in Silice Presbyteri, miseratione divina Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Petri Episcopi Tirosonensis, ac bonæ memoriae Hymberti, quondam Cisterciij, & Ioannis Monasterij Beatæ Mariæ de Balerna, Cisterciensis Ordinis, Bisuntinensis & Cabilonensis Diocesis, Abbatum, ac nostra præsentia, signatam: vnâ cum clausulis & eius signatura, Nobis præsentatam recepimus, huiusmodi sub tenore.

Num. 2.

(2) Beatissime Pater, licet Sacer Ordo Cisterciensis, in summa puritatis & devotionis perfectione fundatus, tantiū in vita sanctimonii, & per universa Orbis climata, ad ædificationem Ecclesiæ Militantis, cum odore virtutum, eximio Religionis decore, eminenter floruerit & resplenderit: quamdiu iuxta primævas Sanctorum Patrum institutiones, Abbates & personæ Regulares ipsius Ordinis, ex diversis Regnis, Provincijs & alijs mundi partibus, singulis annis, diligenter ad Capituli Generalis celebrationem & frequentationem accedere, & secundum ipsius statuta regularia, vitæ cursum componere: vitiaque & defectus contingentes, reprimere, & emendare potuerunt: tamen ab aliquibus annis citra, propter guerrarum turbines, diftantias locorum, commendas de diversis Monasterijs eiusdem Ordinis factas, aliorumque sinistrorum eventuum, multiplices anfractus, dicti Abbates & personæ Regulares eiusdem Ordinis, parvo numero præfatum generale Capitulum frequentare solent. Vnde Ordo ipse, qui prius in terris erat, velut Paradisus voluptatis cœlestis, nunc quasi derelictus, penè conversus est in ruinam & desolationem, & miserandam patitur iacturam. Cum autem Pater sancte, non nisi per adventum dictorum Abbatum, & personarum Regularium eiusdem Ordinis, ad solemnenm frequentationem, & annuam celebrationem eiusdem Capituli generalis, subvenire, & vt id, quod in eodem Ordine, Dei gratia adhuc supereft, conservari & augeri: quod verò deperditum est & colapsum, reparari & restaurari possit, suppli cat sanctitati vestræ devotus orator vester, frater Hymbertus Abbas Monasterij Cisterciensis, Cabilonensis Diocesis, qui pro reparatione eiusdem Ordinis, vt præfate Abbates & aliæ personæ eiusdem Ordinis, ad dictum generale Capitulum, annis singulis transeant & accedant summopere desiderat: quatenus

in præmissis opportunè providendo; & Abbatum & persona-
rum prædictarum, animarum saluti salubriter consulédo, om-
nibus & singulis Abbatibus, Prioribus, Monachis, Novicijs,
Conversis, Donatis, Servitoribus, Continuis, Commensalibus,
Procuratoribus, Nuncijs, & alijs eiusdē Ordinis personis, præ-
sentibus, & futuris, qui perpetuis futuris temporibus dicto ge-
nerali Capitulo interfuerint. (3) Vt Confessor idoneus, de di-
cto Ordine, cui secundū Ordinis instituta, ex proprietatum Ab-
batū ordinatione, aliàs confiteretur: & quē tunc, vel infra virgin-
ti dies immediate sequētes, ad hoc quilibet ipsorū duxerit eli-
gendū eos, & eorū quemlibet, ab omnibus & singulis excōmu-
nicationis, suspensionis, interdicti, alijsq; Ecclesiasticis senten-
tijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occasione,
vel causa latis, inflictis, & promulgatis, ac ferendis, promulgā-
dis, & inflingendis, alijsq; eorum peccatis, delictis, criminibus,
& excessibus quibuscumq; quantumcumq; enorimibus, etiā si
talia fuerint, propter quæ merito Sedes Apostolica foret cōsu-
lenda, annis singulis, quoties dicto generali Capitulo interfue-
rint, semel dumtaxat absolvere, & pro cōmissis pœnitentiā fa-
lutarem iniungere. (4) Necnon super irregularitatem, quovis
modo & qualitercumq; contraēta, & contrahendā, cum eis, &
eorum quolibet dispensare. (5) Necnon plenariā remissionē, &
absolutionem, omnium & singulorum peccatorum suorū, tūc
impendere possit, & valeat, licentiam & facultatem concede-
re & indulgere. (6) Et insuper, quod trāsumptū præsentis sup-
plicationis, manu alicuius Notarij publici signatū, & sigillo ali-
cuius Prælati Ecclesiastici sigillatū, valeat: & ijsdē suffragetur,
ac si præfens supplicatio, apud quemlibet eorum existeret, de-
cernere, & declarare dignemini de gratia speciali, constitutio-
nibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; in contrarium
facientibus, non obstantibus quibuscumque. FIAT ET peti-
tur (7) F. & de absolutione ab omnibus etiam reservatis casi-
bus, & censuris, & de plenaria remissione omniū peccatorū, &
de dispensatione super irregularitate quovismodo cōtracta. Et
semel dumtaxat singulis annis pro præsentibus & futuris Ab-
batibus, & Prioribus, Monachis, Novicijs, Conversis, Donatis,
Servitoribus, Commensalibus, Procuratoribus, Nūcijs, & alijs
eiusdem Ordinis personis quibuscumque, quæ dicto generali Ca-
pitulo interfuerint. (8) Et quod huiusmodi facultas duret per-
petuo. (9) Et quòd de præsentibus sub sigillo alicuius Prælati
Ecclesiastici, & signo Notarij publici, possit fieri transumptū,
cui

Num. 3:

Num. 4:

Num. 5:

Num. 6:

Num. 7:

Num. 8:

Num. 9.

cui fides adhibeatur: & quod præsentis supplicationis, sola sig-
 natura sufficiat, absque aliarum litterarum Apostolicarum de-
 super confectione, fiat. (10) F. qua quidē supplicatione sic per
 Nos recepta, visa & diligenter inspecta, fuimus pro parte Re-
 verendorum Patrum Dominorum Ioannis Abbatis Monasterij
 sancti Bernardi Valentiniensis, in Romana Curia ipsius Ordinis
 Cisterciensis, Procuratoris generalis, ac Ioannis Abbatis Mo-
 nastrerij Beatæ Mariæ de Balerna præfati, debita cum instantia
 requisiti, quatenus supplicationem ipsam originalem, quæ per
 diversa loca ad singulorum vota, commodè deferrinō potest,
 in forma authentica transumi & exemplari: ac in publicam
 transumpti formam redigi, mandare dignaremur. Nos igitur
 Philippus Cardinalis præfatus, attendentes requisitionem hu-
 iusmodi fore iustum, & consonam rationi, supplicationem præ-
 dictam, per Notarium publicum infra scriptum transumi &
 exemplari: ac in publicam transumpti formā redigi, mandavi-
 mus. Decernentes, quod huiusmodi transumpto, tanta fides ad-
 hibeatur ubique locorum, quanta dictæ supplicationi origi-
 nali daretur & adhiberetur, si in medium produceretur. In
 quorum omnium & singulorum fidem, & testimonium præ-
 missorum, præsentes litteras, sive præsens publicum instrumen-
 tum, exinde fieri, & per Notarium publicum infra scriptum
 subscribi, & publicari mandavimus: sigillique Nostrī iussimus,
 & fecimus appensione muniri. Datum & Actum Romæ in
 Domibus residentiæ nostræ, sub anno à Nativitate Domini
 An. 1476 M. CCCC. LXXVI. Indictione nona, die verò Mercurij iii.
 mensis Aprilis, Pontificatus præfati sanctissimi Domini no-
 strī, Domini Sixti Papæ IV. anno quinto. Præsentibus ibi-
 dem Reverendiss. in Christo Patribus & Dominis, Domino
 Antonio Maria Limensi, & Baptista Vintemiliensi, Episco-
 pis, ac venerabili Viro Domino Petro de Plaça Presbytero,
 Canonico Parmensi testibus, ad præmissa vocatis specialiter
 & rogatis. Et ego Franciscus Belardius Canonicus Parmen-
 sis publicus Apostolica, atque Imperiali auctoritatibus No-
 tarius, quia præinsertæ supplicationis copiam, vñā cum ori-
 ginali supplicatione, collationavi, & illam concordare feci.
 Ac præsentis transumpti petitioni, & decreto, omnibusq; alijs
 & singulis, dum sic, vt præmittitur, per Reverendissimum in
 Christo Patrem & Dominum nostrum Philippum Episcopum
 & Cardinalem præfatum, & coram eo agerentur, dicerentur,
 & fierent: vñā cum prænominatis testibus, præsens interfui,
 eaque

eaque omnia & singula, sic fieri, vidi, & audivi. Idcirco, hoc præsens publicum instrumentum, manu alterius, me alijs occupato negotijs, fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, & publicavi, cum appositione nominis, & signi mei consueti, vna cum præfati Reverendissimi Domini Cardinalis, sigilli appensione, rogatus & requisitus in fidem, & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

SIXTUS IV.

- I Per generalem indulgentiarum revocationem, non intendit indulgentijs Ordini concessis, derogare.



N I V E R S I S, & singulis Abbatibus, Prioribus, Monachis, Donatis, & conversis Ordinis Cisterciensis, salutem & Apostolieam benedictionem. (1) Concessimus alias vobis & singulis vestrum, ad Generale Capitulum vestri Ordinis accendentibus, facultatem eligendi Confessorem, sub certis modo & forma, prout in alijs nostris desuper confessis litteris plenius continetur. Cum autem omnes huiusmodi facultates, revocatae per Nos fuerint, humiliter nobis de opportuno confirmationis remedio supplicari curastis. (2) Nos huiusmodi supplicationibus inclinati, tenore præsentium, facultatem huiusmodi, de eligendo Confessore vobis concessam, iuxta tenorem earundem litterarum confirmantes & approbantes, eam in suo pristino robore & vi-gore esse, ac persistere decernimus, & declaramus: perinde, ac si revocatio Nostra huiusmodi, quoad illam nullatenus emanasset. Dicta revocatione, cæterisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Anulo Piscatoris, die vigesima tertia Iulij, millesimo quadrigentesimo octogesimo primo, Pontificatus nostri anno decimo. L. Grifus.

Concordat.

Num. 1

Num. 2

An. 1481

SIXTUS IV.

i. Privilegia Honorij III. & Martini V. de immunitate decimarum, Cisterciensibus concessa, confirmat.

Concordat.
Num. 1.



I X T V S Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) Dispositione Divina, gregi Dominico (quamvis immeriti) Præsidentes, dum præclara filiorum dilectorum Abbatis Cisterciensis, eiusque Coabbatum & Priorum, ac dilectorum in Christo filiarum Abbatissarum, & aliarum personarum Cisterciensis Ordinis, honestatem, & merita Deo grata, & hominibus accepta, intra nostræ mentis arcana recensemus, & ad commendabiles fructus, quibus operosis eorum ministerijs, erga ipsum Deum, & hominis huiusmodi, indefinenter exuberant, nostros diffundimus cogitatus: vota illa, ad exauditio-
nis gratiam favorabiliter admittimus, per quæ ipsorum sta-
tui & indemnitatibus consulitur: & quæ in illorum profetatum emanasse comperimus, præsidio muniminis Apostolici, libenter solidamus: illa etiam, pro potiori cautela de novo eis concedendo. Sanè pro parte Abbatis, Coabbatum, Prio-
rum, Abbatissarum, & personarum prædictorum, Nobis nu-
per exhibita petitio continebat: quod olim fœlicis recor-
dationis Honorius Papa Tertius prædecessor noster, vt nullus ab eis, de terris suis ante generale Concilium acquisitis,
etiam de illis, quas alijs concesserant excolendas, & ad eos redierant: si eas manibus proprijs, aut sumptibus colerent, de-
cimas exigere, aut extorquere præsumeret inter alia inhibuit.
Et deinde piæ memoriæ Martinus Papa V. etiam prædecessor noster, venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopis, & dile-
ctis filijs Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Præpo-
sitis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, ad quos suæ super hoc con-
fessæ litæ pervenirent, expreßè mandavit: vt Abbatem Cister-
ciensem, ac omnes & singulos Abbates, Piores, Abbatissas, ac
omnia & singula Monasteria: necnon singulares personas dicti
Ordinis, præsentia & futura, vbi cumque pro tempore existen-
tia, à præstatione decimarum, tam de possessionibus habitis an-
te, & post Concilium ante dictum, quam de cetero habendis,
& tam de novo libus, sive ante, sive post huiusmodi Concilium

Honorius,
f. 184. n. 1

Martinus,
f. 198. n. 2

acquisitis & acquirendis, quæ proprijs sumptibus excolebant, seu excolerent, quàm aliàs quomodocumque & qualitercūq; excoleréntur: & etiam de illis possessionibus, de quibus, aliquis haçtenus percepisset: necnon de hortis, virgultis, pisationibus suis, ac de suorum animalium nutrimentis, singuli ipsorū omnino servarent immunes: contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo: invocato ad hoc etiam si opus foret, auxilio brachij sacerularis, prout in ipsorum prædecessorum litteris desuper confectis, pleniùs continetur. Cùm autem, sicut eadem petitio subiungebat, litteræ ipsæ incipiunt vetustate consumi; & propterea, de illis, ac contentis in eisdē successu tēporis, ab aliquibus hesitari posset, pro parte Abbatis Cisterciensis, Coabbatū, Priorū, Abbatissarum, & personarum prædictorum, Nobis fuit humiliter supplicatū, ut litteras prædictas, ac omnia & singula in eis cōtentā, pro illorum subsistentia firmiori, confirmare, ac approbare, ac aliàs ipsis, in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolica dignaremur. (2) Nos igitur, tranquillitatem & vtilitatē ipsius Ordinis, ac singularum personarum eiusdem, supremis desiderantes affectibus, litteras tam Honorij, quàm Martini, prædecessorum huiusmodi, quarū tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, ratas, & gratas habentes, illas, cum omnibus in eis contentis clausulis, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus. Ac iuxta omnimas earū cōtinentias & formas, in sui roboris firmitate, perpetuò subsistere decernimus: supplentes omnes & singulos defecitus, si qui forsan intervenerint in eisdē. Et nihilominus pro posteriori cautela, Abbatem Cisterciensem, ac omnes & singulos Abbes, Piores, Abbatissas; necnon omnia & singula Monasteria, præsentia, & futura, vibilit̄ existentia, singularesq; personas dicti Ordinis, à præstatione decimarū, tam de possessionibus habitis, antea, & post Concilium prædictum, quàm de cætero habendis; & tam de novalibus, sive ante, sive post Concilium huiusmodi acquisitis & acquirendis, quæ proprijs sumptibus, excolunt, & excolet; quàm aliàs quomodocūq; & qualitercūque excolantur: & etiam de illis possessionibus de quibus aliquis haçtenus percepit: necnō de hortis, virgultis, & pisationibus suis, & de nutrimentis suorum animalium, auctoritate Apostolica prædicta, de speciali gratia penitus eximus; & exempta fore perpetuò decernimus, per præsentes. Dicti Concilij, & quibuscumque alijs cōstitutionibus, & ordinatiōibus Apostolicis, cæterisque in contrarium editis, etiam iura-

Num. 21

Innoc. VIII
f. 212.r.4

mento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, non obstantibus quibuscumque. Verū quia difficile foret, præsentes originales litteras, ad singula, in quibus de eis forsan fides facienda foret, loca, deferre, volumus, ac dicta auctoritate decernimus, ipsarū trāsumptis alicuius Episcopalis, aut superioris Ecclesiasticæ Curiæ, seu Prælati, vel personæ in dignitate Ecclesiastica cōstitutæ, aut Metropolitanæ, vel Cathedralis Ecclesiæ Canonici, sigillo, & manu, ac subscriptio- ne alicuius Notarij publici, munitis, tanquā præsentibus litteris si exhiberentur, in iudicio, & extra, plenariam fidē vibilit adhiberi: perinde, ac si eadem litteræ præsentes exhibitæ forēt, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, supplicationis, constituta- tionis, exēptionis, decreti, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Pe- tri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadrigétesimo octuagesimo secundo, vj. Kal. Octo- bris, Pontificatus nostri anno duodecimo.

An. 1482

INNOCENT. VIII.

- 1 Concessionis moti va.
- 2 Narrativa proponitur.
- 3 Approbat litteras Pontif. num. 2. relatorum.
- 4 Monasteria, bona & personas, sub protectione Sedis Apostolicæ reci- pit, & immediatè subiicit.
- 5 Ab omni iurisdictione ordinaria liberat.
- 6 Necnon a solutione quarumcumque collectarum.
- 7 Archiepiscopi, Episcopi, &c. nullam iurisdictionem habent, in Cister- ciens. & eorum bona.
- 8 Non tenentur comparere coram de Legatis Sedis Apostolicæ.
- 9 Clausula irritans proponitur.
- 10 Clausula non obstantibus.
- 11 Fides adhibetur transumptis.

Concordat.
Num. 1.

INNOCENTIVS Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (2) Ad Romani Ponti- fici spectat officium, suorum prædecessorum inhæ- rendo vestigijs, illa, quæ per ipsos prædecessores lau- dabiliter, ac provida ratione, pro statu, & quiete personarum, sub

sub regulari observantia, assidue studio piæ vitæ vacantium, gesta sunt, ut maiorem obtineant roboris firmitatem, quo saepius fuerint Apostolico praesidio communita, sui praesidijs munimini roborare. Ac illa etiam de novo concedere, prout rationabiles causæ suadent: & id in Domino conspicit salubriter expedire. (2) Sanè pro parte dilectorum filiorum Ioannis Cistercij, Cabilonensis Dicecefis, aliorumque Cisterciensis Ordinis Monasteriorum, Abbatum, & Conventuum eorumdē, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet ipsi, eorumque ac dicti Ordinis Monasteria, tam virorum, quam mulierum, & alia religiosa loca & membra, ac Monachi, Moniales, vassalli, subditi & eis servientes, bonaque omnia, iam dudu per plures Romanos Pontifices praedecessores nostros, sub ipsorum Pontificum & Apostolicæ Sedis protectione recepti, & recepta, ac Sedi praedictæ immediate subiecti & subiecta, necnon ab omni iurisdictione ordinaria exēpti, & exēpta fuerint: eisq; concessū existerit, ut ad præstationē aliquarū collectarum, seu subsidiōrū, aut procurationum, & aliarum ex actionū, per Sedē prædictā, seu eius Legatos, aut ipsorū auctoritate & mandato, seu per locorū Ordinarios, vel alios, pro tempore imposterum non tenerentur: tamen desiderant pro maiori eorum quiete, præmissis receptioni, subiectioni & alijs praedictis, etiā nostræ approbationis robur adjici: illaque omnia, etiam per Nos, eis de novo cōcedi. Quare pro parte Abbatum & Conventuum praedictorum, Nobis fuit humiliter supplicatū, ut receptioni, exēptioni & subiectioni praedictis, ac singulis defuper cōfectis litteris, pro illorum subsistentia firmiori, robur nostræ approbationis adjicere: ac eos, necnō Monasteria, loca, membra, Monachos, Moniales, vassallos, subditos, servientes, & bona omnia huiusmodi, de novo sub Nostra & Sedis praedictæ protectione suscipere, ac ab huiusmodi iurisdictione perpetuò eximere, & totally liberare: aliasq; in præmissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur. (3) Nos igitur, qui in singulo rū sub regulari observatia, piæ vitæ studio vacatiū, quiete reficimur, cupientes, ut Religiosi dicti Ordinis, quos præ cæteris, propter vberes fructus, quos, in Militati Ecclesia continuè, bonis eorum operibus afferunt, in visceribus gerimus charitatis: eò libentiū divinis beneplacitis insistere possint, quò à Sede prædicta, maiori libertatis privilegio, neverint se cōunitos, huiusmodi supplicationibus inclinati, receptionē, exemptionē, subiectionem, ac singulas defuper cōfectas litteras, cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis, auctoritate Apo-

Num. 22

Alex. III.
privileg. 4.
An. 1164
Nicol. IV.
privil. 46.
An. 1291
inter Ci-
sterciens.

Num. 33
Leo X.
fol. 110.r.
4. f. 112.
n.6.

stolica, & ex certa scientia, tenore præsentium approbamus: ac perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur obtinere decernimus:

- Num. 4. supplētes omnes & singulos defectus, si qui forsan intervenient in eisdē. (4) Et nihilominus pro potioris cautelę suffragio, Monasteria, loca, membra, bona omnia prædicta, præsentia & futura, Abbates, Abbatissas, Monachos, Moniales, vassallos, subditos, & servientes præfatos, nunc & pro tempore existentes, auctoritate & scientia præfati, sub Beati Petri & Sedis prædictæ, atq; nostra protectione suscipimus. (5) Ac ab omni iurisdictione, superioritate, correctione, visitatione, dominio & potestate Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum iudicium ordinariorum, eorumque Vicariorum & officialium quorumcumque. (6) Nec non à solutione subsidiorū, etiam charitativorum, procreationum, collectarum, & aliarum exactiorum huiusmodi, pro tempore imponendarum, auctoritate & scientia præfatis, perpetuò prorsus eximimus & totaliter liberamus: ac Nobis & Sedi prædictæ immediate subiçimus. (7) Itaque Archiepiscopi, Episcopi, Ordinarij, Vicarij, iudices & officiales prædicti, etiā ratione delicti, aut cōtractus, vel rei, de qua ageretur, vbiq; cōmittatur delictū, iniatur contractus, aut res ipsa consistat, nullam in eos, & eorum aliquē, aut Monasteria, membra, & bona prædicta, tanquam prorsus exemptos, & exempta iurisdictionem, correctionem, superioritatē, dominiū, vel potestatem exercere, aut excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, aut quasvis alias sententias, censuras & pœnas Ecclesiasticas promulgare præsumant, seu possint, aut debeant quoquomodo. (8) Nec ipsi sic exēpti, corā illis, aut ipsius Sedis delegatis, vel subdelegatis, nisi in litteris eis pro tempore directis, de præsentibus, specialis, specifica & expressa, ac de verbo ad verbum mētio fiat, ad iudicium evocari, aut quovis modo, directe, vel indirecte molestari possint. (9) Decernētes omnes & singulos processus, sententias, censuras, & pœnas, quos, & quas, per Archiepiscopos, & Episcopos, Ordinarios iudices, & Vicarios, & officiales prædictos, seu eorū aliquem, contra Abbates & alios exemptos: nec non Monasteria & loca huiusmodi, etiam exempta, vt præfertur, haberi, vel promulgari: nec non quidquid secus super his, ab eis, & alio quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irrita, & inania, nulliusque roboris, vel momenti. (10) Non obstantibus fœlicis recordationis Innocentij Papæ IV. etiam prædecessoris nostri, quæ incipit: VOLENTES & alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis quoque & cōsuetudinibus,

bus, Monasteriorum & Ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis: nec non omnibus illis, quæ in singulis litteris prædictis concessum est, non obstat, cæterisque contrarijs quibuscumque. (11) Verum quia difficile foret, præsentes litteras ad singula quæq; loca, in quibus expediens foret, deferre volumus & præfata auctoritate decernimus; quod illarum transumptis, manu publici Notarij, inde rogati, subscriptis, & sigillo alicuius Curiæ Ecclesiasticæ, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis ea, prorsus in iudicio & extra, & aliâs vñilibet, fides adhibetur, quæ præsentibus adhiberetur si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, decreti, supplicationis, susceptionis, exceptionis, liberationis, subiectionis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. CCCC. LXXXVII. iij. Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Num. 11

An. 1487

INNOCENT. VIII.

I Confirmat priuilegia Ioannis XXII. de vniendis Monasterijs.



INNOCENTIVS Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) Licet ea, quæ per Sedem Apostolicam, in favorem præsertim personarum, sub suavi Religiosis iugo, altissimo famulantium, providè concessa fuerunt, inviolabili debeant observacione vigere: nonnunquam tamen Romanus Pontifex, ne successu temporis impugnationi subiaceant, illa, cum ab eo petitur, libenter de novo approbare & confirmare consuevit: ut eò firmius illibata persistant, quod magis, suo fuerint præsidio communia: illa etiam innovando & de novo concedendo, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Dadum siquidem fœlicis recordationis Ioannes Papa XXII. prædecessor noster, volens consulere paci, tranquillitati & utilitati, Abbatum,

Concordat:
Num. 1.

&

& Monachorum Cisterciensis Ordinis, dilectis filijs Abbatii Monasterij Cistercij, Cabilonenis Dicecesis, Sedi prædictæ immediatè subiecti, eiusque Coabbatis vñiversis, in eorum Generali Capitulo quandcumque congregandis: vt quæcumque Monasteria dicti Ordinis, tam Monachorum, quam etiam Monialium, & quorum facultates, fructus, redditus, & proventus, non sufficerent ad sustentationem tot regularium personarū, in eisdem Monasterijs, pro tempore degentium, quot in eis pro augmentatione Divini Cultus, ac Missis, & alijs Divinis Officijs celebrandis, secundum eiusdem Ordinis instituta, & præmissorum & regularium cæmoniarum observantia, requiruntur, alijs Monasterijs Ordinis prædicti, pro commodiori sustentatione degentium in eisdem, & quando pro statu & quiete huiusmodi personarum, id novissent expedire, cum omnibus iuribus & pertinentijs suis, vnum videlicet, alteri Monachorum, & aliud, alteri Monialium Monasterijs, eiusdem Ordinis Monasteria, cuiuscumque taxæ, seu annui valoris, illorum fructus, redditus, & proventus, forent, vniuersitate, & incorporare: ita quod cedentibus, vel decentibus huiusmodi Monasteriorum Abbatibus, vel Abbatissis, seu Prioribus, vel Priorissis, si Monasteria ipsa, per Piores, aut Priorissas forent solita gubernari, aut ea quomodolibet dimittentibus, liceret, alijs Abbatibus, & Abbatissis, ac Priorissis, quorum Monasterijs alia sic vacantia, venirent vniuersa, corporalem possessionem huiusmodi vacantium Monasteriorum vniendorum, iuriumque & pertinentiarum prædictorum, auctoritate propria apprehendere, & perpetuo retinere: ac fructus, redditus & proventus, in dictorum Monasteriorum usus & utilitatem convertere, Dioceſani loci, & cuiusvis alterius licentia, minimè requisita, per litteras suas concessit facultatem: prout in illis, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus infererentur, haberi volumus pro sufficienter expressis, plenius continetur. Quare pro parte Abbatis Cistercij & Conventus prædictorum, Nobis fuit humiliter supplicatum, vt facultatem & litteras prædictas, pro illarum subsistentia firmiori, approbare, alijsque in præmissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur. (2) Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus: quod petentes beneficia Ecclesiastica alijs vñiri, tenerentur exprimere, verum valorem, secundum communem aestimationem, tam beneficij vniendi, quam illius, qui vñiri peteretur, alioquin vno non valeret: & semper in vñionibus commissio-

fieret ad partes, vocatis quorum interest : quique Monasteriorum & aliorum Religioforum locorum , ac personarum in illis sub suavi Religionis iugo degentium, & præsertim dicti Ordinis, quem ob personarum illius bonos & exemplares mores, ac vberes fructus, quos haec tenus in agro Militantis Ecclesiæ attulerunt, & indies afferre non cessant, præ cæteris in visceribus gerimus charitatis, statum in melius dirigi , nostris potissimè temporibus, supremis desideramus affectibus; præfatos Abbatem Monasterij Cistercij & Conventuum, eorumque singulos, à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis , à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis (si quibus quomodolibet innodati existunt) ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum seriè absolventes, & absolutos fore censentes, facultatem & litteras prædictas, ac prout illas concernunt omnia , & singula in eis contenta , & inde secuta quæcumque, auctoritate Apostolica , & ex certa nostra scientia, tenore præsentium approbamus, & confirmamus : ac plenum & perpetuæ firmitatis robur obtinere debere, decernimus. Supplentes omnes & singulos, tam iuris , quam facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Proque potioris cautelæ suffragio, facultatem & litteras prædictas innovamus: & in omnibus & per omnia, modo & forma præmissis, auctoritate & scientia præfatis denuò concedimus. Ac etiam volumus & ordinamus, quod Abbas Monasterij Cistercij, & pro tempore existens, cessante Capitulo generali , cum pœnes eū, omnes auctoritas huiusmodi remaneat Capituli , ac etiam ab ipso Capitulo deputandi, præmissa omnia & singula facere, & exequi possint. Non obstantibus voluntate Nostra prædicta, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis : nec non quibusvis de Monasterijs prædictis, per Nos & Sedem prædictam, pro tempore factis generalibus, vel specialibus reservationibus, ac revocationibus similium facultatum, forsan haec tenus à Sede prædicta, sub quibusvis verborum formis & clausulis, etiam derogatoriæ derogatorijs emanatis & emanandis imposterum: statutis quoque & consuetudinibus Monasteriorum & Ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica , vel quavis firmitate alia roboratis : ac omnibus illis, quæ idem Ioannes prædecessor, in litteris prædictis voluit non obstatere, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Nulli

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, constitutionis, supplicationis, innovationis, concessionis, voluntatis, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius senoverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadrigentesimo octuagesimo septimo, quarto Idus Augusti, Pontificatus nostri anno tertio.

An. 1487

INNOCENTIVS O C T A V V S.

- 1 *Concessionis motiva.*
- 2 *Propositiō E⁹ petitio.*
- 3 *Concedit, Ornamenta Ecclesiastica benedicere posse, Abbatēs quatuor Monasteriorum.*
- 4 *Consecrare Calices & Altaria.*
- 5 *Populum solemniter benedicere.*
- 6 *Subdiaconatus & Diaconatus Ordines conferre.*
- 7 *Missam ante lucem celebrare.*
- 8 *Abbatēs & Abbatissas benedicere.*
- 9 *Clausula non obstantibus.*
- 10 *Transumptis fides adhibeatur.*

Concordat.

Num. 1.



INNOCENTIVS Episcopus, servus servorum Dei: Dilecto filio Ioanni Abbati Monasterij Cistercij, Cabilonensis Diœcesis, salutem, & Apostolicam benedictionem. (1) Exposcit tuae devotionis synceritas, & Religionis promeretur honestas: vt tam te, quem speciali dilectione prosequimur,

quām

quàm tuum, & alia quatuor principalia, tui Cisterciensis Ordinis Monasteria, post, & per dictum Monasterium tuum immediate fundata, primas quatuor illius filias nuncupata, condignis honoribus attollamus: ac specialibus favoribus & gratijs prosequamur. (2) Cum itaque sicut exhibita Nobis nuper pro parte tua petitio continebat: ex privilegijs & indultis Apostolicis, tibi, & aliorum quatuor Monasteriorum prædictorum Abbatibus, pro tempore existentibus, vt omnes ordines minores, personis ordinis eiusdem intra Monasteria prædicta conferre, ac pallas altaris & omnia ornamenta Ecclesiastica benedicere: ac Mitra & Anulo, & alijs Pontificalibus insignijs vti: necnon in ipsis & alijs Monasterijs & Prioratibus, illis, subiectis, ac Parochialibus & alijs Ecclesijs, ad eos communiter, vel divisim pertinentibus, quamvis eis pleno iure non subessent, benedictionem solemnem, post Missarum, Vesperarum, & Matutinarum solemnia (dummodo in benedictione huiusmodi, aliquis Antistes, vel Apostolicæ Sedis Legatus præfens non forent) elargiri, ac Ecclesijs & Monasteria dicti Ordinis, quoties fuerit opportunum (dummodo ex homicidio illa polluta non forent) reconciliare, aqua priùs per aliquem Catholicum Antistitem, vt moris est, benedicta, obtenta, valerent: diversis vicibus, ac partibus, quandoque sigillatim, quandoque simul, prout ipsa privilegia edocent, concessum fuerit: & ab aliquibus hæsitetur, antu & dicti Abbates, pallas & alia ornamenta huiusmodi, extra ipsius Ordinis Monasteria, & etiam illa, quæ ad Monasteria & loca dicti Ordinis non expectarent: & an possint in quibuslibet alijs Monasterijs, & locis dicti Ordinis utriusque sexus behedicere, licet Abbates prædecessores, à tanto tempore citra, cuius contrarij hominum memoria non extitit, præmissa omnia, seu maiorem partem facere consueverint. (3) Nos, qui Ordinem ipsum, præ cæteris in visceribus gerimus charitatis, & illum intendimus non minoribus gratijs & privilegijs, quàm prædecessores nostri fecerint, decorare: tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi, & successoribus tuis, ac dictis Abbatibus aliorum quatuor Monasteriorum prædictorum, nunc & pro tempore existentibus, vt de cætero perpetuis futuris temporibus, prædicta, & quæcumque alia vestimenta, ac ornamenta Ecclesiastica (Corporalibus, vasculisque, ad reponendum sacram Eucharistiam, ac imaginibus quibuslibet comprehensis) in locis & domibus dicti Ordinis, benedicere. (4) Et Calices consecrare, tam de dicto Ordine,

Num. 2.

Num. 3.

Num. 4.

quàm

quàm si ad vos aliunde nonnunquam deferantur: ac Altaria de novo constructa, seu translata, restaurata, aut mutata, in quibuslibet locis dicti Ordinis, Chrismate Sacro prius ab aliquo

Num. 5. Catholico Antistite recepto, consecrare. (5) Et etiam benedictionem solemnem, post Missarum, Vesperarum, & Matutinarum solemnia, in quibuslibet Monasterijs, domibus, atque locis dicti Ordinis utriusque sexus, servatis gradibus superioritatis inter vos, elargiri. (6) Ac ne Monachi dicti Ordinis, pro

fusciendis Subdiaconatus & Diaconatus Ordinibus, extra claustrum, hinc inde discurrere cogantur: tibi, & successoribus tuis, vt quibuscumque dicti Ordinis Monachis, alijs verò quatuor Abbatibus præfatis, ac eorum successoribus, vt suorum Monasteriorum prædictorum Religiosi, quos ad id idoneos repereritis, Subdiaconatus & Diaconatus Ordines huiusmodi,

Num. 7. alias rite conferre. (7) Ac cum negotiorum qualitas pro tempore ingruétum, id exegerit, antea quam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem, ita quod, id, nec vobis, nec Sacerdoti triliter in præsentia vestra celebranti, ad culpam valeat imputari: Missam, in vestra, & cuiuslibet vestrum, ac familiarium vestrorum vobiscum præsentia, per vos metipso Missam celebrare, & per alium Sacerdotem idoneum facere celebrari. (8) Et quia interdum propter munus benedictionis,

quod per Episcopos, Abbatibus, & Abbatissas dicti Ordinis impenditur, contentiones, ac privilegiorum Ordinis vestri lassiones oriuntur, sub eo prætextu, quod Episcopi præfati, ex impensione numeris huiusmodi, prætendunt, aliquam postmodum, in eos, & eorum Monasteria, iurisdictionem & superioritatem, contra dicti Ordinis vestri privilegia, habere: tibi, & successoribus tuis prædictis, dumtaxat, vt munus benedictionis huiusmodi, quibuscumque dicti Ordinis Abbatibus & Abbatissas, impendere, ac Abbatibus & Abbatissas prædictis, vt dictum munus ad te, & successoribus tuis præfatis, recipere, liberè, ac licetè possitis, & possint, auctoritate Apostolica, & ex certa scientia, tenore præsentium, de speciali dono gratiæ indulgemus. (9) Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis: necnon omnibus illis, quæ in litteris privilegiorum & indultorum huiusmodi, concessum est, non obstat, ceterisque contrarijs quibuscumque. Proviso, quod huiusmodi concessione, ante diem celebrandi, seu celebrari faciendi parcè vtamini. Quia cum in Altaris officio

Num. 9. immo-

immoletur Dominus noster Dei Filius Iesus Christus, qui candor est lucis æternæ, congruit hoc non noctis tenebris fieri, sed in luce. (10) Verum quia difficile foret præsentes litteras, ad singula quæcumque loca, in quibus expediens fuerit, deferre; volumus, & præfata auctoritate decernimus, quod illarum transumptis, manu publici Notarij inde rogati subscriptis, & sigillo tuo, aut alicuius Curiæ Ecclesiasticæ, seu personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, munitis, ea prorsus fides indubita adhibetur, quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attenare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. CCCC. LXXXIX, v. Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno quinto.

Num. 10

An. 1489



PRIVILEGIA
MILITIAE SANCTI IACOBI
concessa , quibus fruitur Militia de
Alcantara , ex concessione
Pauli III. Fol. 157.
num. 10.

GREGORIVS IX.

I. *Gaudent Milites Ecclesiastica libertate.*



REGORIVS Episcopus , servus servorum Dei : Venerabilibus Fratribus Episcopis , & dilectis filijs alijs Ecclesiarum Prælatis, per His paniam constitutis , salutem & Apostolicam benedictionem. (1) Pro Fidei Exaltatione certantibus, nō obsistere debent, sed adesse , Christiani nominis professores , vt promovere potius, quam impedire, tam pium negotium, comprobentur. Cū itaque dilecti filij Magister & Fratres Militiæ S. Iacobi, oppositam Saracenis frontariam, sicut Athletæ Domini , in personis proprijs tueantur; vniversitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli, subditos vestros, ne ipsis, quos deficientibus necessarijs, & eorum libertate temere conculcata, super hoc contingerit impediri, victualia , & alia necessaria vendi prohibeant: vel eos, in Ecclesiasticæ libertatis dispendio, sæculari iudicio, stare compellant, moneatis attentiùs , & efficaciter inducatis. Ipsos ad hoc, si necesse fuerit , per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis. Dat. Pe-
rusij, Nonas Decembris, Pontificatus nostri anno viij.



Concordat.

Num. 1.

An. 1235

ALEXANDER IV.

I Manus violentas injicientes in Milites sententiam Canonis incurunt.



LEXANDER Episcopus, servus servorum Dei: Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem & Apostolicam benedictionem. (1) Paci & quieti religiosorum virorum fratrum Ordinis Militiae S. Iacobi, Apostolica Nos convenientia solicitude providere, & tā ipsos, quā eorū bona, tantō soliciūs à malignorum incursibus, & rapinis tenemur protegere, quantō pro fide Christiani nominis, se diuturnioribus exponunt periculis, & adversus pravas, & exteris nationes, labores subeunt graviores. Inde est, quod tā fortes Athletas Christi, in suo sancto præposito volentes attentiūs confovere, ad defensionem sui, solicitudinem vestram duximus commonendam: ut magis ac magis possint ad promovendum propositū, quod sumptuerunt, intendere, cum fuerint solitudine Prælatorum Ecclesiæ, à malignantium inquietione securi. (2) Monemus itaq; univer sitatem vestrā, atque præcipimus, quatenus si quando Clerici, vel laici parochiani vestri, in aliquem prædictorum Fratrum capiendo, vel de suis æquitaturis dijciendo-aut alias in honeste tractando, violentas manus, injiciunt, huiusmodi præsuptores, sublato appellationis obstaculo, accensis candelis, dilatione & occasione postpositis, excōmunicatos publicè nūcietis, & tandem faciatis, sicut excōmunicatos arctius evitari, donec passo iniuriam, cōgrue satisfaciāt & pro absolutionis beneficio im petrando; Apostolico se conspectui repræsentent. Eos verò, qui in prædictos Fratres manus non injiciunt violentas, sed æquitaturas, ac alia illorum bona violenter diripiunt, si à vobis commoniti ablata, eis restituere noluerint, & de illatis iniurijs, satisfactionem congruam exhibere, anathematis vinculo astringatis, quo ipsos usque ad dignam satisfactionem, te neatis astrictos. Datis Viterbij, iv. Nonas Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.

Concordat.

Num. 1

Num. 2

An. 1257

EVGENIVS IV.

- 1 Prior de Vclès in celebrandis Missis Pontificalibus visitar, & minores Ordines confert.

Concordat.
Num. 1.



V G E N I V S Episcopus, servus servorum Dei. (1) Ad Romanam Ecclesiam, Sacrae Religionis, sub qua dilecti filij Prior, & Fratres domus de Vclès, nullo medio pertinentis, Militiae Sancti Iacobi de Spatha, Conchen. Dicentes exhibent devotum & sedulum, mundanis abdicatis illecebris, Domino famulatum, pro meretur honestas, ut eorum (præsertim per quas, etiam cum divini propagatione cultus, dictæ domus, & in ea piæ vacantium pro tempore studio, vitæ, profectibus consulitur) petitiones, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus.

Num. 2. (2) Cum itaque, sicut exhibita Nobis nuper, pro parte dictorū Priorum & Fratrum, petitio continebat, eiusdem domus Prior pro tempore existens, in illius, ac ei subiectorum domorum, & locorum Ecclesijs, Anulo, Mitra, & Baculo vti consueverit, pluresque Parochiales, & aliæ Ecclesiæ, in quibus Rectorum, necnon Clericorum, & Beneficiatorum institutio, & destitutio, ad eundem Priorem pertinent, dictæ domui sint subiectæ, cupientes igitur, vt dicta domus, amplioribus Apostolicis favoribus & gratijs, copiosius potiatur, dictorum Prioris & Fratrum in hac parte supplicationibus inclinati, vt Prior dictæ domus, qui pro tempore fuerit, Anulo, Mitra, & Baculo huiusmodi, ac pileo, chirotecis, &

Num. 3. roqueto, in quibusvis Ecclesijs, Monasterijs, & locis, vti: (3) Necnon expletis inibi Divinis Officijs (dum tamen aliquis Antistes, vel Apostolicæ Sedis Legatus præsens non fuerit) benedictionem solemnem populo dare possit: (4) Necnon quoscumque dictæ, ac aliarum sibi subiectarum domorū, sæculares & regulares personas (alio non obstante Canonico impedimento) ad omnes minores Ordines promovere, statuimus & ordinamus. (5) Necnon cū debitis honore & reverentia, altare portatile, super quo sine iuris alieni præiudicio, in locis ad hoc congruentibus & honestis, Missas celebrare, aut celebrari facere valeat, auctoritate Apostolica tenore præsentiu indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā nostræ

ordinamus.

Num. 5. confi-

constitutionis, ordinationis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attētare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Grisogonum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadrigentesimo trigesimo quarto, Kalend. Maij, Pontificatus nostri anno quarto.

IVLIVS PP. III.

- 1 Narrationem continet.
- 2 Acta Capituli approbat.
- 3 Facultas arrendandi fructus, non ultra novenium excedat.
- 4 Trirremes habere concedit.
- 5 A Priorum sententijs, ad Pontificem non appellatur immediatè, sed ad Confilium.
- 6 Qui professus non fuerit, Commendam non valet recepere.
- 7 Commendæ collationem non recipiens, nec litteras expediens illius fructibus pri vatur.
- 8 Ecclesiam de Aledo in totanam licet transferre.
- 9 Executionem committit.



HARISSIME in Christo fili noster, salutem, & Apostolicam benedictionem. (1) Cūm sicut Nobis exponi fecit maiestas tua, quod alias Priors, tredecim, Præceptores, Fratres, & Milites, Ordines & Militiae Sancti Iacobi de Spatha, sub Regula Sancti Augustini, in eorum Capituli generali, nuper de mandato tuo, dilecto Philippo Hispaniarum Principe Illustri, nato tuo, pro te, ib idem interveniente, super stabilitate, manutentione, & conservatione dictæ Religionis, ac illius bonorum, tractantes quod pro bono ipsius Religionis, & Fidei Catholicæ defensione, quatuor trirremis galeræ nuncupatae, in littore maris dictorum Regnum fabricarentur, & in ibi nomine præfatæ Religionis manu tenerentur, & ad eum spectarent & pertinherent, ac ex medijs fructibus primi anni, omnium & singularum Præceptoriarum dicti Ordinis, earum pro tempore occurrente vacatione, iuxta ipsius Ordinis stabilimenta, auctoritate Apostolica approbata, communis thesauro ipsius religionis per-

Concordat.
Num. 1.

solvit solitis, quarum una ex quinque partibus, in defensionem, & conservationem bonorum, reliquæ autem quatuor partes, fructuum huiusmodi, iu reparationem Præceptoriarum dictæ Religionis, & piorum operum exercitium converti consueverant: tres partes ex dictis quinque partibus, duæ videlicet, pro manutentione dictarum trirremium, reliqua tertia pars fructuum prædictorum, pro conservatione & defensione bonorum Religionis huiusmodi applicarentur: & forsitan alias, & alia statuerunt & ordinaverunt, prout in Capitulis desuper celebratis, dicitur plenius contineri. Quare maiestas tua Nobis humiliter supplicari fecit, ut pro præmissorum omnium maiori robore & efficacia, in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolica dignaremur. (2) Nos igitur votis tuis, qui dictæ Militiæ magnus Magister, seu perpetuus Administrator à Sede prædicta deputatus existis, in hac parte favorabiliter annuentes, necnon statuti, & ordinationis prædictorum, veriores tenores præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, statutum & ordinationem huiusmodi, ac prout illa concernunt omnia & singula, in dictis statutis & ordinationibus, ac Capitulis desuper confectis, contenta, & inde secuta quæcumque, licita, & honesta, ac Sacris Canonibus non contraria, auctoritate Apostolica ex nostra certa scientia, & Apostolicæ Sedis plenitudine, tenore præsentium approbamus, & confirmamus; ac illis, perpetuæ firmitatis robur adiicimus. Ac omnes & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui in dictis statutis & ordinationibus intervenerint, supplemus. Ac prout per dicta statuta & ordinationes, ac capitula desuper cōfecta, statutum & ordinatum est, ea omnia, & in illis contenta quæcumque, ut præfertur licita & honesta, & ex nostra certa scientia, & de dictæ Sedis Apostolicæ plenitudine, perpetuo de novo statuimus & ordinamus. Decernentes, omnia & singula in dictis statutis & ordinationibus & capitulis desuper cōfectis, teneri, & observari debere: necnon irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. (3) Et insuper maiestati tuæ, & mensæ Magistrali Militiæ huiusmodi, ac quibusvis alijs, Prioratuū, Præceptoriarum, & aliorum beneficiorum huiusmodi, Prioribus, Præceptoribus & Militibus, ac Monialibus, & Hospitalibus, ac eorum singulis, ipsorum Prioratum, Præceptoriarum & beneficiorum & hospitalium, quibus à Sede Apostolica, fructus, redditus & proventus, ac alia bona, iura & emolumenta, mensæ Magistralis & Prioratum, Præceptoriarum & aliorum benefi-

Num. 2.

cio-

Num. 3.

ciorum præfatorum, ad trienium (& non ultra) arrendandi, licentia & facultas concessa existit, ut fructus, redditus & proventus, ac bona iura & emolumenta ipsorum, mensæ Magistralis, Prioratum, Præceptoriarum, beneficiorum huiusmodi, ad longius tempus (non tamen ultra novem annos) pro iusto & convenienti pretio (& dummodo ultra annum, solutio pensionis conventæ non anticipetur) quibusvis personis cum obligationibus & cautelis necessarijs, arrendandi, & ad firmam, seu responsonem annuam dandi & concedendi. (4) Necnon dicta trirremes habendi, tenendi, & gubernandi, ac fructus, redditus & proventus, ac bona, pro ipsarum trirremium manutentione & conservatione, ut præfertur, applicata, pro illarū conservatōne & observatione & gubernio exponēdi, plenam & liberā, auctoritate Apostolica tenore præsentium, licetiam & facultatē concedimus. (5) Præterea, quod de cætero, à quibusvis sententijs, per eosdem Priors, seu eorum Vicarios, pro tempore lati, nisi prius & immediatè, ad Concilium Ordinum, iuxta concessionem Apostolicam, & idem maiestati tuæ, sive dicto Ordini desuper factam, appellatione, & causa primæ appellationis huiusmodi, ibidē cognita fuerit, ad Sedē Apostolicā appellari nō possit. (6) Quodque si contingat, aliquem ante ætatem legitimam, Ordinē præsatum profitēdi, ad aliquam Præceptoriarū eiusdem Ordinis, per illius magnum Magistrum, aut perpetuum Administratorem assumi, aut de illa pro ipso minore quoquomodo disponi, si ille, cui, ut præfertur, provissum, aut pro quo de Præceptoria dispositum fuerit, postquam ad ætatem legitimam profitendi pervenerit, professionem regularē per eosdē Fratres & Milites emitte solitam, expresse non emisserit, (7) & titulū, vel litteras patentes suæ provisionis Præceptoriaræ non expediverit & habuerit, quod tunc & eo casu, ac in talē eventum, fructus, redditus & proventus Præceptoriaræ, de qua illi provisum extiterit, à tempore quoad ætatem legitimā, dictum ordinem profitendi pervenerit, donec professionem prædictam emisserit, & titulū, aut litteras patentes suæ provisionis Præceptoriaræ expediri fecerit realiter, & cū effectu, pro manutentione dictarum trirremiū, eo ipso applicati sint, & esse censeantur. (8) Et tales non professi, & qui titulum, aut litteras patentes suæ provisionis Præceptoriaræ, nō expediverint, ut præfertur, durante tempore prædicto, aliquid ex eisdem Præceptoriarjs habere, seu percipere minimè possint, nec debeat, nec audeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus & ordinamus. Ac etiā exactoribus fructuū, pro trirremibus,

Num. 4.

Num. 5.

Num. 6.

Num. 7.

Num. 8.

vt præfertur, exponendorum, vt fructus Præceptoriarū huiusmodi, percipere, exigere, & levare, ac in manutentione, & conservatione dictarum trirremiū convertere possint, ac valeant, licentiā, facultatem, & potestatem, dicta auctoritate Apostolica concedimus. Et insuper si contingat, oppidum de Aledo, in Diœcesi Carthaginensi, in loco fragoso & quasi inhabitabili cōsistens, & illius incolas & habitatores, ac Parochialē Ecclesiam dicti oppidi de Aledo, & dictę Præceptorię Præceptore, ac illius domus & habitationē ad locū de Totana, sub urbium dicti oppidi de Aledo nūcupatū, dicta Diœcefis, in quo dictis magno Magistro & Ordini, eadē & talis ac tanta iurisdictio, superioritas & præminentia, quæ qualis & quanta, illis ad dictus oppidum de Aledo cōpetit, pertinet & spectat, transferri, & in ibi Priors & Præceptores, Rectores, ac Fratres dicti Ordinis & Militiæ, & incolas dicti oppidi habitare & commorari vele, pro tempore existenti Episcopo Carthaginensi ex nunc, prout ex tunc, & econtra, sub nostræ indignationis poena, ne eosdē Priors, Præceptores, Rectores, Milites, & incolas, etiam prætextu quoad beneficium ipsum, in eis Diœcesi constitutum & institutum, personam idoneam, dum illud pro tempore vacat, per eosdem magnum Magistrum, Priors, Præceptores & Milites, præsentatam ad eum instituere pertineat, vel ad eum, ad quem hactenus institutio pertinuit, spectet, impedire, seu quominus illuc se transferre, & ibidem commorari & residere, ad dictū beneficium & illius Ecclesiam extēdere, & amplificare, ac domos, seu palacia, ad eorum usum convenientia, fabricare, seu fabricari facere, & iurisdictionem & præsentationem suā, in ibi, prout in eodem loco de Aledo exercebatur, exercere, liberè & licitè valeant, super quibus, eis, plenam & liberam licētiam & facultatem concedimus per præsentes, quoquomodo se intromittere audeat, seu præsumat, districtiū inhibemus. Et nihilominus dilectis filijs, intra, seu extra Concheñ. & intra muros oppidi Vallisoleti, ac in oppido de Villagarcia, Palentiñ. & Paceñ. Diœcefis, per Præceptores gubernari solitorum Monasteriū Præceptoribus, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, per præsentes mādamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorū, per se, vel aliū, seu alios, præsentes litteras, ac omnia & singula in eis contenta, vbi, & quādo opus fuerit, ac quoties pro parte tua fuerint super hoc requisiti, solemniter publicantes, in premissis efficacis defensionis præsidio assistētes, faciant auctoritate nostra, præsentes, & in eis contenta quæcumque, firmiter observari. Non permittentes contra tenorem præsentium, ali-

quid

quid innovare. Contradictores quoslibet & rebelles, per censuras & pœnas Ecclesiasticas, appellatione postposita compescendo. Necnon legitimis, super his habendis, servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando: invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sacerularis. Non obstantibus felic. record. Bonifacij PP. VIII. prædecessoris nostri, de vna, & Concilij generalis de duabus, non tamen tribus dietis, ac alijs constitutionibus & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscumque: aut si aliquibus communiter, vel divisim, ab eadem sit Sede indulatum, quod interdici, suspen di, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris, die xviii. Decembris M.D.LIII. Pontificatus nostri anno quarto.

An. 1553

PIVS V.

- 1 Concessionis motiva.
- 2 Omnia priuilegia Ordini concessi, confirmat, approbat, & innovat.
- 3 Conservatorias innovat & confirmat, contrarias revocando.
- 4 Conveniendi Milites coram proprio conservatore, à quo ad Sedem Apostolicam immediatè appellandum.



I V S Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (1) Dum attentius inter nostræ mentis arcana recolimus, egregiam operam, antiquitus per eos, qui pro tempore fuerunt Magistros, & Administratores, ac dilectos filios, Conventum Milites, & personas Militiarum sancti Iacobi de Spatha, sub Regula sancti Augustini, in Mauris & alijs, qui magnam Hispaniarum partem occupaverant infidelibus, ab anitis sedibus, non solum arcendis, sed etiam postquam plures periculosa pugnas, tandem cum domini exercituum adiutorio profligandis, & à patria expellendis, Deo, & Ecclesiæ, sponsæ suæ, patriæque, varijs temporibus hactenus impensam, & quam, impigre quoties fese ad id offert occasio, impendere conantur, dignum, quin potius debitum existimamus, ut exemptiones & privilegia, quæ illis, virtutum, laborumque suorum intuitu, per Sedem Apostolicā

Concordat.
Num. 1.
Clem. VII.
f. 120. n. 1

concessa sunt, quo firmius illibata persistant, auctoritatis nostrae praesidio roboremus. Sanè charissimus in Christo filius noster Philippus, Hispaniarū Rex Catholicus, qui etiā dictæ Militiæ perpetuus Administrator per Sedē Apostolicā deputatus existit, tā suo, quā dilectorū filiorum Conventus, Priorū, Praeceptorum, fratrum, militum, & aliorum religiosorum, ac personarum dictæ Militiæ, nominibus nuper exponi fecit, quod cum militia ipsa in Hispania contra Mauros, aliosq; Catholicę Fidei hostes, antiquitus per Sedē prædictam salubriter instituta, ac diversis privilegijs & indultis decorata fuerit, vt eō firmius bella domini exercituū prælietur, eiusque Piores, Praeceptores, fratres, milites, & aliæ personæ præfatæ, regularia militiæ instituta, ferventiori religionis zelo amplexentur, observent & exequantur, cuperet, sua sibi privilegia & indulta huiusmodi, per sedem eandē inconcuse præservari. Quare pro parte tā Philippi Regis & Administratoris, quā Cōvētus, Priorū, Praeceptorū, fratrū, militū, & aliorū religiosorū præfatorū, Nobis fuit humiliter supplicatū, quatenus privilegijs, indultis, exēptionibus, immunitatibus, & alijs facultatibus & gratijs sibi cōcessis præfatis, robur Apostolicę cōfirmationis adiūcere, ac alijs, sibi in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolica dignaremur. (2) Nos igitur, qui salubrē religionū quarumlibet, & maximè militiarū, ac Catholicorū Regū preces, per Sedem eandē institutarū, directionē, ac immunitatū & privilegiorū, sibi tanquā de Republica Christiana benemeritis, per dictā Sedem concessorū, illæsionem & præservationē, sincero desideramus affectu, Philippū Regē, & Administratorē, ac Conventū, Piores, Praeceptores, fratres, milites, & alios Religiosos præfatos, & eorum singulos, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis, à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon omnium & singulorum privilegiorum, prærogativarum, immunitatum, exemptionū, libertatum, indulgentiarū, conservatoriarū, facultatum, indultorū, & aliarum gratiarū, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Sedem eandem militiæ, eiusq; Prioribus, Praeceptoribus, Diffinitoribus, fratribus, militibus, & alijs personis præfatis hactenus concessorū, ac litterarū defuper confectarū tenores, præsentibus pro expressis habētes, huiusmodi supplicationibus inclinati,

Num. 2.

nitate Apostolica dignaremur. (2) Nos igitur, qui salubrē religionū quarumlibet, & maximè militiarū, ac Catholicorū Regū preces, per Sedem eandē institutarū, directionē, ac immunitatū & privilegiorū, sibi tanquā de Republica Christiana benemeritis, per dictā Sedem concessorū, illæsionem & præservationē, sincero desideramus affectu, Philippū Regē, & Administratorē, ac Conventū, Piores, Praeceptores, fratres, milites, & alios Religiosos præfatos, & eorum singulos, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis, à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon omnium & singulorum privilegiorum, prærogativarum, immunitatum, exemptionū, libertatum, indulgentiarū, conservatoriarū, facultatum, indultorū, & aliarum gratiarū, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Sedem eandem militiæ, eiusq; Prioribus, Praeceptoribus, Diffinitoribus, fratribus, militibus, & alijs personis præfatis hactenus concessorū, ac litterarū defuper confectarū tenores, præsentibus pro expressis habētes, huiusmodi supplicationibus inclinati,

om-

omnia & singula privilegia, prærogativæ, immunitates, exēptiones, libertates, indulgētias, cōservatorias, facultates, indulta, & alias gratias militiæ præfatæ, eiusq; Magistro, Administratori, Cōvētui, Prioribus, Præceptoribus, Diffinitoribus, Militibus, fratribus, & alijs personis præfatis, per quoscumq; Romanos Pōtifices prædecessores nostros, ac Nos, & Sedē prædictam hactenus quomodolibet cōcessa: necnō ordinationes, & statuta ab exordio fundatæ militiæ, vsq; in præsētē diē, per eos, dicta que Sedem edita, ac prout illa cōcernunt, omnia & singula, in quibusvis literis Apostolicis, documentisq; desuper confessis cōtēta, & inde secuta quæcumq; (licita tamē & honesta, ac sacris Canonibus nō cōtraria) Apostolica auctoritate tenore præsentiu cōfirmamus & approbamus; ac illis perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur adjicimus. Omnesq; & singulos iuris & facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdē, supplemus. Ac potiori pro cautela, eadē omnia & singula privilegia, prærogativæ, exēptiones, facultates, indulgentias, cōservatorias, induita, & alias gratias, eisdē modo & forma, quibus militiæ, eiusq; superioribus & personis præfatis, per dictos prædecessores cōcessa sunt, illis de novo eadē auctoritate cōcedimus & innovamus. Necnō eadem ordinationes & statuta similiter de novo perpetuò statuimus & ordinamus. (3) Et cū alias, postquā Num. 2. fel. rec. Leo Papa X. prædecessor noster, clar. mem. Ferdinādo, Aragonū & vtriusq; Siciliæ Regi Catholico, qui etiā Magistratus militiæ præfatæ, perpetuus dū viveret Administrator, per dictā Sedē deputatus erat, & tūc existentibus, Prioribus, Præceptoribus, & fratribus dictæ militiæ, ac eorū singulis, universos pro tempore existentes Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & personas in dignitate Ecclesiastica constitutas, ac Cathedraлиū Ecclesiarū Canonicos, ipsorumq; Archiepiscopotū, & Episcopotū, officiales, conservatores, ac iudices in perpetuum, cōtra omnes & singulos Archiepiscopos, & alios Ecclesiarū Prælatos, ac Ecclesiasticos, & Ecclesiasticas personas, necnon Dukes, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & laicos, communia civitatū, universitatis, oppidorum, castrorū, villarum, & aliorum locorum, ac alias singulas personas civitatum & Diœcesum, ac aliarum partium, occupantes & occupari facientes, castra, villas, & alia loca, necnō terras, domos, possessiones, iura, iurisditiones, privilegia, & indulta, ac fructus, cēsus, redditus dictæ militiæ, illiusque domorū & mēbrorū, & nōnulla alia bona mobilia & immobilia, spiritualia & temporalia, ad Ferdinādū Regē Administratorem, ac Priors, Præceptores, & fratres, etiā ratione suarū personarū, necnon militiā, ac domos &

& membra huiusmodi, legitimæ spectantia, & per illorum detentores indebet occupata, sive ea detinētibus, præstātes auxiliū, consiliū, vel favorē, ac etiam nōnullos, partium præfactarum, qui eisdē Ferdinādo Regi & Administratori, ac Prioribus, Præceptoribus, & Fratribus, super præfatis castris, villis, locis, terris, domibus, possessionibus, iuribus, iurisdictionibus, privilegijs & indultis, ac fructibus, censibus, redditibus, & proventibus, eorundē, & alijs bonis mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & temporalibus, ac alijs rebus, ad eosdē Ferdinandū Regē & Administratorē, ac Piores, Præceptores, Fratres militiā, domos & membra, etiam ut præfertur spectantibus, ipsorumq; Ferdinandi Regis & Administratoris, Priorū, Præceptorum, & Fratrū officialibus, servitoribus & vassallis, multiplices molestias, iniurias, & iacturas, inferētes, etiā extra loca ipsorum conservatorū existentes, ita quod Ferdinandus Rex, & pro tempore existens dictæ militiæ Magister, seu Administrator, Piores, Præceptores, & Fratres, necnō officiales, servitores, & vassalli, seu eorū aliquis, & quarumvis similiū, vel dissimiliū litterarū & concessionū vigore, coram alijs quam ipsis cōservatoribus, corā quibus, paratos se asserebat de se querelantibus in iustitia respondere, vel eorū aliquo, pro quibuscumq; causis nequirēt conveniri, cum potestate citandi, etiam per edictum consti- summarie, & extrajudicialiter, de non tuto accessu, ac alijs facultatibus, clausulis, & decretis, etiā formā quaterni, Cācellariæ Apostolicæ excedentibus, per quasdam litteras suas cōstituerat & deputaverat, pro parte inclytæ memorie Carol. V. Rom. Imperatoris, qui etiā Castellæ, Legionis, & Aragonum, ac Siciliæ Rex existebat, suo, & tunc Priorum, Præceptorum, militū, & Fratrum dictæ Militiæ nominibus, pīx memoriae Clementi Papæ VII. etiā prædecessori nostro, exposito quod post constitutionē & deputationē huiusmodi, tam à Leone præfato, quā etiam ab ipso Clemente prædecessoribus, diversæ litteræ cōser-vatoriaæ, dilectis filiis Salmanticeñ. & de Alcalà de Henares, Toletan. ac Vallisoleti, Palentiñ. Diœcef. studiorum, Rectoribus, & Universitatibus, necnon Toletan. Hispaleñ. Legioneñ. Burgenñ. Cordubēñ. Gienuēñ. Gadiceñ. Paceñ. & diversarum aliarū Ecclesiarū Capitulis, aliarumq; particularibus personis, cōces- sā dicebantur; per quas iurisdictionis, & potestas cōservatorū, & iudicū supradictorū, ipsiusq; iurisdictionis, explicatio, impedi- ri poterat. Idem Clemens prædecessor, supplicationibus ipsius Caroli Imperatoris, & Regis, qui præfato Ferdinando in Ma- gistratu prædicto successerat, inclinatus, litteras præfatas cum

omnibus & singulis, in eis contentis clausulis, ita quod supradi-
 cti conservatores & iudices, par illas deputati, cōmuniter, vel
 divisim, ad illarum executionē, in omnibus & per omnia, iuxta
 earum continentiam & tenorem, perpetuò procedere, ac Ma-
 gistrū, seu Administratorē, Piores, & Fratres Militiæ huius-
 modi, eorumque officiales, servitores, & vassallos, tunc & pro
 tempore existēt, cum ab eis, vele eorum Procuratoribus, forēt
 desuper requisiti, contra inferentes iniurias, seu gravamina, vel
 damna, super bonis, iuribus, privilegijs, & cindultis, ac alijs in ip-
 sis litteris contentis, manuteneret & conservare valerent, etiam
 in omnibus & per omnia, perinde, ac si aliæ litteræ, cōservato-
 riæ præfatæ, nullatenus emanassent, etiā per suas litteras inno-
 vaverit, & de novo concesserit, prout in singulis litteris, præfa-
 tis plenius continetur: Cumq; sicut eadem expositio subiunge-
 bat, post vltimas Clementis prædecessoris litteras huiusmodi,
 multæ aliæ conservatoriæ, & iudicium deputationes, in favorē
 præfatorū, ac quā plurimorū aliorum studiorum, sive Vniver-
 sitatū generaliū, ac Cathedraliū, Collegiatariū, aliarumq; Ec-
 clesiarū Capitularū, necnon Compostellañ. Cæsaraugustaneñ.
 Valent. Granateñ. Concheñ. Cartagiñ. Seguntiñ. Segovieñ. Pa-
 lentiñ. Oxemeñ. Abuleñ. Placentiñ. Salamantiñ. Caurieñ. Civi-
 tateñ. Oveteñ. Autieñ. Tudeñ. Luceñ. Astoriceñ. Mindoñ. Ças-
 moreñ. Gadic. Almericeñ. Marroquitaneñ. aliorumq; Archie-
 piscoporū, Episcoporū, Abbatū, Priorū, & aliarū dignitatum,
 maiorū, sive minorum & particularium personarum Ecclesia-
 rum, Monasteriorum, Conventuū, aliorumque locorum Eccle-
 siasticorum, & diversorū ordinum, etiam Mendicantiū, regula-
 rium, ac hospitalis S. Ioannis Ierofolymitañ. aliorumque Mili-
 tierum hospitalium, Vniversitatum, & communitatum, tam
 per præfatum Clementem, quām cæteros, qui ab eo fuerūt Ro-
 manos Pontifices prædecessores nostros, ac etiā Nos, & Sedem
 prædictam, illiusque legatos, sub diversis formis, ac verborum
 expressionibus factæ, cōcessæ, innovatæ & ampliatæ fuerint, &
 vltierius venerabilis frater noster Archiepiscopus Tolet. cōser-
 vator supremus, iudex omnium appellationū a gravaminibus,
 seu sententijs, quorumcumque aliorū conservatorū, in regnis
 Hispaniarū existentiū, Apostolica auctoritate specialiter con-
 stitutus existerit, ac diversa alia de novo emanaverint, per quæ
 illi, quo minus singulis litteris præfatis libere, vti, & per appelle-
 rationē, à suis conservatoribus præfatis, ad dictā Sedē Apostoli-
 cā immediatè recurrere possint, ac alijs effectus litterarū, tam
 Leonis, quā Clementis prædecessorum prædictorum, necnon

conservatorū & iudicū, per illas deputatorū, facultas & iurisdictio frequēter impediatur, ac propterea militia præfata, & singulares illius personæ, sedi præfate immediatè subiectæ, in Prioratibus, Præceptorij, beneficijs, iuribus, iurisdictionibus, bonis, proprietatibus, fructibus, césibus, alijsq; rebus, necnō officijs, Vicarijs, servitoribus, & vassallis præfatis, & diversis alijs, sæpè numero gravamina, iniurias, & incommoda recipiāt in eorū detrimētū, & sibi attributæ exēptionis læsionē, singularis Leonis, & Clemētis prædecessorū litteras huiusmodi, ac quo ad illarū totalē effectum, consequendum, primo dictos cōservatores, necnon Philippum Regē, & pro tēpore existentem Magistrum, seu Administratorem, ac Piores, Præceptores, fratres, officiales, servitores, vassallos, ac quoscumq; alias in ipsis litteris cōprehensos, eorumq; Magistratum, Conventus, Prioratus, Baiulinas, Præceptorias Ecclesiasticas, officia & loca quæcumq; etiam quoad præminentias, iura & iurisdictiones, & generaliter omniaq; ad honorē, vtilitatem, & exemptionē præfatæ Militiæ illiusq; Magistri, seu Administratoris, aliorūque supradictorum, quocumque iure titulo, sive causa pertinebant, & pertinent, in pristinum, eum in quo ante illarū concessionem quomodolibet erant statum, auctoritate Apostolica & tenore prædictis restituimus, reponemus & plenariè reintegramus. Ac Toletanensis, & aliorum conservatorum, ac iudicium constitutiones, & deputationes, earumq; innovationes, & ampliations præfatas, in ea parte, qua, primo dicto cōservatores & iudices, quominus iurisdictionē, auctoritatē, potestatē, & facultatem, sibi per singulas litteras præfatas attributas, libere exercere, ac Philippus Rex & pro tēpore existēs Magister, seu Administrator, ac Piores, Præceptores, fratres, & alij in ipsis litteris cōtentii, illis vti, & ab ipsorū suorū conservatorū sententijs, decretis, declarationibus, gravaminibus, alijsque actibus quibuscumq; ad sedem præfatam, & Romanam Curiā, immediate, appellare, provocare, & recurrere, causasq; appellatiōnū huiusmodi, inibi prosequi valeant, quomodolibet impediūtur, ac impediri, seu aliās in futurū, illis quomodolibet prēiudi cari possint, revocamus, ac superinde cōfectas litteras, necnon processus per eas habitos, & inde sequuta quæcūq; cassamus, & annullamus, ac pro nullis, irritis, & viribus carētes decernimus.

Num. 4. (4) Et insuper (salvis tamē decretis Cōc. Trident. de cōservatoribus & exēptis loquētibus) statuimus & ordinamus, quod deinceps in perpetuū idē Philippus Rex, & pro tēpore existēs Magister, seu Administrator, ac Piores, Præceptores, fratres, officia-

ficiales, familiares, servitores, vassalli, & alij, vt præfertur expressi vbicumq; sint, vel degant, aut permaneāt, ratione præmissorū, aut quorūcumque aliorū in ipsis litteris cōtentorum, corā alijs, quā supradictis suis cōservatoribus, & iudicibus cōveniri, aut ad alios conveniendos cōpelli, nec ab eis, aut eorū gestis, præterquā à diffinitivis sententijs, seu vim diffinitivē habētibus, appellari, & tunc appellationū causæ, tā in personalibus, quā realibus, mixtis causis, tā activē, quā passive, interponendarū, non nisi ad sedē præfatā immediate, & non alibi referri; ac inibi dumtaxat audiri & terminari possint. Districtius inhibentes Toletañ. etiā tanquā supremo, ac alijs præfatis, cæterisq; iudicibus & conservatoribus, necnon Archiepiscopis, Episcopis, Capitulis, Cōvētibus, Vniversitatibus, locis & personis quibuscumq; præfatis, eorūq; singulis, sub excōmunicationis maioris latæ sententiæ, ac amissionis perpetuæ suorū pri vilegiorū, conservatoriарū, facultatū & exēptionum quorum cumque, tā præsentium, quā futurorū, ne per quascumq; litteras Apostolicas, seu privilegia, facultates & indulta, etiā motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, necnon consistorialiter, ac intuitu, cōsideratione, cōtempłatione, vel an instantiā Imperatoris, Regum, Reginarū, Ducum, & aliorū Principum, quorumcumq; ac alias sub quacumque verborū forma, & expressione confectas, & concessa, aliquē, seu aliquos ex Philippo Rege, & pro tépore existēte Magistro, seu Administratore, necnon Prioribus, Præceptoribus, fratribus, officialibus, familiaribus, servitoribus, vassallis, & personis præfatis, auctoritate litterarū ipsarū, vel alias quocumq; prætextu, seu occasione, contra tenorē singularū litterarū Leonis & Clementis prædecessorū huiusmodi, cōmuniter, vel divisim, coram se alicubi deinceps, ad iudiciū, vel alias vocare, seu in causam trahere præsumant. Ac decernentes ex nūc præmissa omnia in favorē dictæ Militiæ concessa, ac Philippū Regē, & pro tépore existēte Magistrum, seu Administratorē, necnon Piores, Baiulinos, Præceptores, Milites, Fratres, officiales, servitores, familiares, Capellanos, vassallos & personas prefatas, & eorū singulos, tā ratione personarum, quam Magistratus, Præceptoriarū, seu baiulivarū, Conventuū, Prioratum, Ecclesiarū, & locorū quorumcumq; necnon bonorū, fructuū, proventuum, emolumentū, privilegiorū, exemptionum, rerū, & iuriū, ac iurisdictionū, necnon præminentiarum omniū & singularū, in supradictis litteris contentorū, ad conveniendum aliquē, vel aliquos, aut respōdendum, corā alijs, quā dictis suis

conservatoribus & iudicibus, sine loci distinctione & per appellationem, ab eorum sententijs, & gravaminibus, tam acti-
ve, quam passive, alibibi, quam apud sedem prædictam imme-
diatè comparendum, prætextu similiū, vel dissimiliū pri-
vilegiorum, exemptionum, conservatoriārum, ac quorumcū-
que aliorum indultorum, specialium, vel generalium, tam pre-
fatis, quam quibuscumque alijs personis Ecclesiasticis, Mona-
sterijs, ordinibus, militijs, & locis, nunc & pro tempore conceſ-
forum, nullo tempore teneri, nec ad id per Nuncios, etiam Le-
gatos de latere, seu quosvis alios, quacumque auctoritate & fa-
cultate fungentes, & functuros, aut etiam per litteras Aposto-
licas, etiam motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostoli-
cæ potestatis plenitudine, etiam cum præmislorum speciali &
expresa derogatione, pro tempore emanatis, cōpellī, ac prop-
ter non paritionem, aliquas censuras & pœnas Ecclesiasticas,
etiam privativas, incurrere posse, ac approbationem, cōfirma-
tionem, adiectionem, suppletionem, concessionem, innovatio-
nem, statutum, ordinationem, restitutionem, revocationem,
cassationem, annullationem, decreta, extensionem, inhibitio-
nem, aliaque præmissa, & præsentes literas, de subreptionis, vel
obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu,
quovis prætextu, quæsitovè colere, aut ingenio, nullatenus no-
tari, vel impugnari posse, nec illas sub quibusvis similiū, vel
dissimiliū, conservatoriārum, privilegiorum, indultorum &
concessionum revocationibus, suspensionibus, modificationi-
bus, limitationibus, & derogationibus, alijsque contrarijs dis-
positionibus, etiam motu & scientia, ac potestatis plenitudine,
neconon consistorialiter, etiam per Nos & successores nostros,
ac sedem prædictam etiam Imperatoris, Regum, & aliorum
Principum contemplatione, & ex quibusvis, quantumcumque
vrgentissimis, & iustissimis, quomodolibet pro tempore fa-
ctis, ac sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibus-
vis clausulis, & etiam vim contractus, aut legis, seu statuti per-
petui inducentibus decretis, & alias quomodolibet concessis,
& concedendis, ac quibusvis constitutionibus & ordinationi-
bus Apostolicis, desuper quomodolibet editis & edendis, ali-
quatenus comprehendendi, neque illis, vlo vnquam tempore,
etiam per Sedem præfatam derogari posse, nec derogatū cen-
seri, nisi de toto tenore & datis præsentium, expressa mentio,
habita, & derogatio, suspensio, limitatio, revocatio, aliaque
præfata, de militiæ huiusmodi Administratoris, pro tempore
existentis, expresso confensu factæ fuerint, & si aliter derogari,

revocari, suspendi & limitari contigerit, derogationem, revocationem, suspensionem & limitationem, praefactas nullius esse roboris, vel momenti. Et quoties illae emanabunt, toties in pristinum & validissimum statutum restituta, & de novo etiam sub quacumque data, per ipsum Administratorem eligenda, concessa esse & censeri, ac vim validi, & stipulati contractus, inter Sedem & Militiam præfatas habere. Et ita per quoscumque iudices & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere. Ac ex nunc irritum & inane, si securus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoreranter contigerit attentari. Quo circa venerabili fratri nostro Archiepiscopo Compostellano, & dilectis filijs Scholastico Salmantini, ac Abbatii sacerularis & Collegiatæ Ecclesiarum oppidi Compluten. Toletanæ Dicecesis, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel aliū, seu alios, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumq; vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte prædictorum Magistrorum, seu Administratoris, Prioris, Conventus, Dignitatum, Praeceptorum, seu Commendatorum & Militum, aliorumque fratribus & personarum, seu membrorum eius, aut alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque & eorum cuilibet, in præmissis, efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra, illos, eorumque singulos, confirmatione, approbatione, adiectione, suppletione, innovatione, statuto, ordinatione, restitutione, repositione, reintegratione, cassatione, annullatione, decretis, inhabitatione, alijisque supradictis, iuxta præsentium litterarum continentiam & tenorem, pacifice frui & gaudere: Non permittentes eos, vel eorum aliquem, desuper per quoscumque, quomodolibet indebet molestari. Contradictores quoslibet & inobedientes, per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque iuris remedia, eadem auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo. Ac legitimis super his habendis, servatis processibus, easdem sententias, censuras & penas, etiam iteratis vicibus, quoties opus fuerit aggravando, & interdictum Ecclesiasticum imponendo, invocato etiam ad hoc, si opus sit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac recolendæ memoriae Bonifacij Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri, qua cavetur, ne quis extra suam civitatem, vel Diœcésim, nisi in certis ex-

ceptis casibus, & in illis ultra vnam dietam, a fine suæ Diœcesis, ad iudicium evocetur, seu ne iudices à sede prædicta pro tempore deputati, extra civitatem, & Diœceses, in quibus deputati fuerint, cōtra quoscumque procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere præsumant, ac de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo quispiam ultra tres dietas, ad iudicium, præsentium vigore, non extrahatur, alijsque quibus vis Apostolicis, necnon in Provincialibus & Synodalibus Concilijs editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ac etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & confuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, declarationibus, inhibitioribus, & decretis, privilegijs quoque, indultis, exemptionibus, conservatorijs, præservatorijs, facultatibus, & litteris Apostolicis, specialibus, vel generalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Conventibus, Capitulis, Ecclesijs, Monasterijs, Ordinibus, Militijs, Hospitalibus, locisque præfatis, ac quibusvis Universitatibus, Collegijs, & personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis suis etiam derogatoriariū derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, in genere, vel in specie, etiam motu proprio & ex certa scientia, etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet concessis, ac etiam pluries approbatis & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idē importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum veriores tenores, formas, ac datis, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habētes, illis alijs in suo labore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter & expressè derogamus, contrarijs quibuscumque; seu si aliquibus communiter, vel divisim, ab eadem sit Sede indulatum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, supplicationis, concessionis, innovationis, statuti, ordinationis, restitutionis, revocationis, cassationis, annulationis decretorum, extensionis, inhibitionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpt-

sumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius senoverit incursum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, quinto Idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo. Cæs. Glorierius. Ioann. Bapt. Fanchier. Registrata apud Cæfarem Secretarium.

An. 1566

VRBANVS PP. VIII.

Plenariam indulgentiam concedit sumentibus Eucharistiam sacrosanctam, in die Nativitatis Domini, Pentecostes, Assumptionis B. Mariæ, & S. Iacobi.



D perpetuam rei memoriam. (1) De salute Dominici gregis, curæ nostræ divinitus crediti, assidue cogitantes, cœlestes Ecclesiæ thesauros, quorum dispensatores à Domino constituti sumus, ibi libenter erogamus, cum ad ipsorum fidelium animarum salutem procurandam, conspicimus in Domino, maximè profecturos. Ad augendum itaque dilectorum filiorum militum Militiæ S. Iacobi de Spatha, sub regula S. Augustini, devotionem & animarum salutem, cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus & singulis Militiæ præfatae militibus, verè pœnitentibus & confessis, qui in Domini nostri Iesu Christi Nativitatis, ac Pentecostes, & Assumptionis B. Mariæ Virginis, necnon S. Iacobi Apostoli festis diebus, in quibus, seu eorum aliquibus, iuxta eiusdem Militiæ statuta & constitutiones, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, & prout vnicuique eorum suggeret devotio, pias ad Deum preces effuderint, quo die præfatorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem, misericorditer in Domino concedimus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valitidis Datis Romæ apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris, die vii Martij, M. DC. XXVI. Pontificatus nostri anno tertio.

Concordat.
Num. 15

An. 1626

F I N I S.

Post quarum quidem litterarum Apostolicarum præsentationem, Nobis factam, præfatas litteras originales, per

No-

Notarium publicum infrascriptum transumi & exemplari,
 & in hanc publicam formam redigi, mandavimus. Decernentes & volentes, ut huic præsenti transumpto publico, sive exemplo, plenaria fides adhibeatur ubilibet, in locis omnibus & singulis, quibus fuerit opportunum, ipsumque transumptum fidem faciat, & illi stetur, ac si originales ipsæ litteræ apparent. Quibus omnibus & singulis auctoritatem nostram, pariter & decretum impossimus, prout interponimus. Ac ad plenioram evidentiam præmissorum, nostro nomine præsentes litteras subscrisimus, sigilloque nostro communiri iussimus & mandavimus. Dat. Matriti anno à Nativitate Domini millesimo sexcentesimo vigesimo octavo, die vero septima Februarij, Pontificatus Sanctiss. Domini nostri Urbani, Divina providentia Papæ Octavi anno quinto.

*Doctor D. Petrus Tostay, Cath. Maiest.
Capellan. Honor. & Prothonot. Apost.*

Præsens transumptum ex suis veris originalibus desumptum concordat cum eis mihi Notario ad hunc effectum exhibitis, & exhibiti restituti, in cuius fidem signavi & subscrisi rogatus. In testimonium veritatis, *Christophorus Manzano, Not. Apost.*